Opr. J. Wyżga 1933. Poprzednia papierowa okładka zachowana.

N. Inw. 240.

I

[redacted] Fasciculus actorum spectantium ad rem ecclesiae parochialis collegiatae s. Floriani Clepardiae ad Cracoviam.

Sub Numero [illegible] reperiunt
Jura Documenta Visitationes Eccl[es]ia[e]
Coll[egia]tae s. Floriani Clepardiae
ad Cracoviam.

Papiery Szkoły [illegible]
s. Floriana.

Sancti Floriani Collegiatam Ecclesiam extra muros Cracovienses in Oppido Klepaiz ejusdem Civitatis Cracovien: Suburbio sitam, quarto inter Collegiatas collocabimus loco, & ob Sancti cui dicata est decus & gloriam & ob Ecclesiae praefatae praestantiam singularem.

Cujus fundatio hinc originem fertur recepisse, dum siquidem Anno Domini Millesimo Centesimo, Octuagesimo quarto, Sexto Calendarum Novembrium. Lucius Romanae Urbis Pontifex Maximus Tertius. supplici & frequenti petitioni Casimiri Regni Poloniae Ducis et Monarchae annuens, corpus integrum a Beati Floriani gloriosi Martyris per Aegidium Muthinensem Episcopum, Duci praefato & genti Polonicae in solatium transmisisset. Et Gedeon alias Gethka tunc Cracovien: Episcopus, cum praefato Duce Casimiro et Universo Civitatis Cracoviensis Clero, et populo illud devotissime suscepisset. Basilicam illi extra muros Cracovien: sumptuoso extruxit opere, ex latere cocto. Quam Casimirus Poloniae Dux, ampliori decoratus honestate, in Collegiatam & in Honorem novi Hospitis Beati Floriani erexit. villisq & decimis partim suis Ducalibus, partim a Gedeone Episcopo Cracoviensi praedicto impetratis donavit, quatuor praelatos in ea constituens, quatuor Canonicos, et Octo Vicarios, horas nocturnas & diurnas caeterasq res b divinas expleturos. Cui processu temporis Oppido Klepaz fundatos, Parochia frequens et ampla. Cujus cura animarum per Albertum Jastrzebiec Episcopum Cracoviensem ex Praeposito in Vicarios translata est, accessit. In largiendis autem & donandis pro praefata Ecclesia Sancti Floriani decimis manipularibus et pecunialibus, Gedeon Cracoviensis Episcopus modestia insignis, et mensae suae Episcopalis certa tunc laesionem enormem decimas frumentales et pecunianas in universa Terra sive Districtibus Biecens & Smigroden: in nova tunc radice consistentes et consurgentes absq restrictione et specificatione Villarum, et sub numero indefinito contulit inscripsit & donavit. Qua donatione Praelati et Canonici Sancti Floriani in temporis processu extensius, copiosius, et quam licebat quamque inveniebat usi. de Decimis in Septuaginta prope Villis ullo eos impediente se intromiserunt, et eas in suam traxerunt proprietatem. Quarum etiam Villarum nomina inferius subjiciemus. Quorum immoderatam audaciam Cracovien: Episcopus Joan: coerciturus, illos per Censuras Ecclesiasticas a Decimarum invasione reprimere studiosius capit. Qua differentia ad audientiam Casimiri Poloniae Regis tanquam Ecclesiae Sancti Floriani, immediati Patroni, per Arnoldum, caeterosq Praelatos et Canonicos Sancti Floriani. Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo Tertio Decimo Octavo Decembris deducta. Jaroslaus Gnesnensis ArchiEpiscopus, a Casimiro Rege ex parte veraq invitatus et rogatus advenit & differentiam ipsam sopivit, decernens novalium decimas ad mensam Episcopalem, salva tamen progressione pertinere, Deputatiq tunc fuere certi Barones, videlicet Szpiczmerius Castellanus Cracoviensis. Ivo Praepositus Gnesnensis & Ottho Cancellarius Regni Poloniae, parte utraq consentiente. Qui jussu Regio in Biecen: et Smigroden: Districtu, facto personali descensu discretione, inter Villas veteres et novas ordinata, facta etiam discretione et determinatione de Villis et agris progressive & lateraliter locatis et extirpatis. Ecclesiae Sancti Floriani et ejus Praelatis & Canonicis Jus percipiendi decimas manipulares et pecuniales in Villis prope Septuaginta reliquerunt. Caeteras Decimas eorundem Districtuum

& Terre Episcopo Cracoviensi pro Ecclesia, et suae mensae adjudicarunt. Constituendo juxta Privilegium et ordinationem Jaroslai Praesens Archi Episcopi, ut ubicunque Sylvae vel mericae, vel pars earum ab agris antiquis progredientur, simul vel successive extirpantur, hujusmodi agrorum novalium decimam percipiet quilibet beneficiatus, qui prius percipiebat de antiquis, ubi vero nova villa locatur, etiam intra quades antiquae Episcopus decimam percipiet. etsi Villa transfertur de uno loco in alium, et aliqui agri novi extirpati progressive fuerint. Agris ab antiquis percipiet Decimam de novis progressivis. is qui percipiebat de antiquis.

Praepositura

Prima dignitas in Ecclesia Sancti Floriani extra muros Cracovienses. Quam nunc obtinet Jacobus de Koniecpole Nobilis de armis Pobodzie. Quae fundata et dotata asseritur ex Ecclesia Parochiali nunc Conventuali de Skalka, et ejus proventibus, unde et in signum, quod suam dotationem ab ea accepit. Praepositus Sancti Floriani pro tempore praefatam Ecclesiam in Skalka, antequam in Conventualem redigeretur conferebat. Ea autem in Conventualem translata, Praepositus modernus Jacobus pro se et suis Successoribus illius Collationi perpetuo renunciando se abdicavit.

Byencziczc. Villa sub Parochia Ecclesiae de Raciborowicze et supra Fluvium Dlubnia sita, fundus primarius Praepositurae Sancti Floriani, In qua est Curia Praepositi; aedificia Praed. bona, hortos, pomeria et prata habens agros praediales frugiferos, et in quatuor Campos divisos, de quibus omnibus dant decimam manipularem. Monasterio et Priori in Skalka, qui in horreum suum eam inducit. Item sunt in eadem Villa lanei Cmethonales decem et septem. quorum quilibet solvit pro annuo censu Praeposito pro Festo Sancti Martini duas marcas et unum fertonem. Item Triginta ova, Item duos Caseos, Item duos Cappones; Item Choros Rappae. Item quilibet Cmetho de laneo laborat tres dies in septimana proprio cursu, aut aratro, integro anno. Item Ducturas faciunt in Cracoviam ex ordine absque die, alias autem ducturas faciunt, ad rationem dierum in Septimana debitorum. Item sunt in eadem Villa tres tabernae et qualibet habet agros. Quarum solvit prima sex marcas, Octo Cappones, unum Octuale Cerevisiae. Secunda etiam solvit totidem, videlicet sex marcas, octo Cappones et unum Octuale cerevisiae. Tertia taberna solvit tres marcas et unum Octuale Cerevisiae. Item ad labores non obligantur. Item in eadem Villa sunt sex Ortulaniae non habentes agros sed solum hortos, prima solvit unam cum media marcas, sex gallos Secunda solvit unam marcam. Tertia tres fertones. Quarta tres fertones. Quinta tres fertones. Sexta tres fertones. Item praedicta Villa habet duo molendina in flumine Dlubnia, quorum unum datum in haereditatem perpetuam solvit Praepositurae pro annuo Censu septem marcas, Octo Cappones, unum octuale cerevisiae Aliud solvit novem marcas et novem Cappones. Item ad powabam utraque tenentur. Cmethones, Tabernatores Ortulani et eorum Inquilini. Item Cmethonales omnes agri solvunt Decimam manipularem, et per quatuor Jerugas Canapalem Praepositurae praefatae. et tenentur eam propriis curribus in horreum Praepositi inducere. Item Monasterium Ordinis Beati Pauli Primi Heremitae de Skalka tollit Decimam manipularem de agris praedialibus Praepositurae Item De agris tribus seu iugeribus et primo de agro molendinatoris ex opposito inferioris molendini sito et quibusdam aliis. Item. de agro Praediali retro Curiam qui dicitur Powabne. Item de aliquibus agris Nicolai Krol. Gregorii Szydlo Cmethonum. Item Nicolai Kosztka & Johannis Szydlo, tabernatorum, qui quondam erant Praediales. Item Villa praefata, confinat cum Villis Mistrzowice Dziekslawice. Item Praepositura praefata

habet Curiam notabilem in Kleparz muro per Bodzantham Vislai de Scheligij alias de Arne Praepositum fabricatam cum horto et pomerio.

Skawce. Villa sub Parochia Ecclesiae de Mucharz sita, cujus proprietas pertinet ad Praepositum Sancti Floriani et est secundus fundus dictae Praepositurae Sancti Floriani. In qua sunt novem lanei Cmethonales, et quilibet laneus pro annuo censu solvit Praeposito. Item medietatem census de Villa praedicta tenetur Praepositus dare Ecclesiae Sancti Floriani pro administratione cerae Olei & luminarium. Item tenetur sex marcas dare, pro cera et oleo de Censu ejusdem Villae, et aliis proventibus praefatae Praepositurae Item Cmethones praefatae Villae, Tabernatores & Ortulani solvunt Decimam pro medietate manipularem Praepositurae Sancti Floriani, de omni grano, et Decimam Canapalem per quot fruges, et tenentur illam Cmethones ducere in horreum propriis curribus a Praeposito locandum. Item medietatem dictae Villae percipit Plebanus et Ecclesia Parochialis in Muharz. Conducitur autem praefata Decima in unum horreum integraliter in manipulis, sed triturata grano dividitur aequali portione grano inter Praepositum Sancti Floriani, et Plebanum de Muharz. Item Non est in eadem Villa aliquod praedium. Item non sunt tabernae, Item non est molendinum, Item non sunt ortulani. confinat cum.

Viceprepositura.

Item Praepositura Sancti Floriani habet habereque consuevit perpetuam Vicariam sive Viceprepositura in Ecclesia Sancti Floriani, cujus unicus est Collator et Patronus Praepositus Ecclesiae Sancti Floriani pro tempore. Quam nunc tenet Michael de Topolowka Presbyter Przemisliensis Dioecesis quae pro sui fundo et Dote, habet Proventus infrascriptos,

Kadzice. Villa sub Parochia Ecclesiae de Koscielecz sita. Cujus proprietas ad Serenissimum Dominum Regem Poloniae pertinet. In qua est Regium praedium inter tres campos divisum, de cujus agris solvitur decima manipularis Viceprepositio Sancti Floriani De agris autem universis Cmethonalibus solvitur Decima manipularis, Canonicatui et Praebendae Crac. quae vocatur Ponowska.

Pieczenyagy Villa sub Parochia Ecclesiae de Wrocimowicze sita. Cujus Dominium ad Serenissimum Dnum Regem pertinet. In qua est praedium Regium de cujus agris solvitur decima manipularis Viceprepositurae Sancti Floriani. De laneis vero Cmethonalibus solvitur Decima manipularis Canonicatui & Praebendae Cracoviensi quae vocatur Biezanowska. Item Praefatus Viceprepositus participat de proventibus, communibus aliorum Vicariorum Sancti Floriani videlicet de quartis & introitibus villae Zablocie. Item de Offertorio Item de Undecem marcis quas Collegiati Magistri Vicariis dare consueverunt, in communi Item de Spoliis. Item de universis quaestibus Ecclesiae in communi provenientibus. Item Viceprepositus Sancti Floriani pro tempore habet in Cimeterio Ecclesiae specialem domum et Area cum horto et pomerio pro sua habitatione in parte orientali vicinam Curiae Praepositi

Schola.

Habet Ecclesia Sancti Floriani Scholam in aliqua sui parte muratam in Cimeterio Ecclesiae ad partem meridionalem, Praepositus autem Sancti Floriani pro tempore Magistrum Scholae locat, ordinat, et constituit, quem tenetur annis singulis quatuor marcis solariare. Idem tenetur eidem singulis diebus expensas administrare. aut ratione expensarum sibi sex marcas in paratis pecuniis debet solvere. Non participat autem Magister Scholae cum Vicariis de aliquo quaestu, solum de Vigiliis cantatis, de quibus sibi quaestus

medietas debet provenire. Scholam autem muratam aedificavit Dnus Gregorius de Lubbrancz Regis Poloniae Viecancellarius & Praepositus ejusdem Ecclesiae Anno Domini 1493tio.

Decanatus.

Secunda in Ecclesia Sancti Floriani dignitas est Decanatus cui cura Vicariorum ordinatio correctio, & institutio est annexa, ejusdem Ecclesiae. Quem nunc tenet Magister Matthias de Kobylino Sacrae Theologiae Professor, qui quidem Decanatus & si nunc adaequatus sit cum caeteris dignitatibus & Prabendis Sancti Floriani, habebat tamen speciales proventus ante adaequationem. Collatioq ejus & Iuspatronatus ad Serenissimum Dominum Regem Poloniae pertinebat. Quae nunc ad Rectorem & Doctores ac Magistros Collegii Artistarum pleno jure dinoscitur pertinere. Cujus infrascripti sunt Proventus.

Lubienko Villa hns Parochialem Ecclesiam in se sitam, Fundus unius Decanatus Sancti Floriani. In qua sunt lanei Cmethonales & quilibet pro annuo censu solvit Decano Sancti Floriani. Item Villa praefata solvit Decimam manipularem de omnibus agris suis Decanatui Sancti Floriani. et conducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum a Decano locandum.

Decimae manipulares Decanatus Sancti Floriani.

Laszcze Villa sub Parochia Ecclesiae de Lubienko sita. Cujus proprietas pro medietate pertinet ad Abbatem et Monasterium Thyniecen. In qua sunt lanei Cmethonales de quibus solvitur Decima manipularis Decanatui Sancti Floriani et conducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum a Decano locandum. Item Taberna. Item Hortulania Item Praedium.

Lubno Villa sub Parochia Ecclesiae de sita. Cujus proprietas et dominium pro medietate pertinet ad Abbatem et Monasterium. In qua sunt lanei Cmethonales de quibus omnibus solvitur decima manipularis Decanatui Sancti Floriani, et ducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum a Decano locandum. Item Taberna. Item Hortulaniae Item Praedium.

Jarowiecz Villa Parochialem Ecclesiam habens in se. Cujus proprietas et Dominium ad Krupsynam pertinet. Nobilem de armis Mandrosthy. In qua sunt lanei Cmethonales de quibus omnibus solvitur decima manipularis. Decanatui Sancti Floriani. et ducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum a Decano locandum. Item Taberna. Item Ortulaniae Item Praedium.

Magna Jarnow Villa. Cujus proprietas et dominium pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus solvitur Decima manipularis Decanatui Sancti Floriani, et ducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum a Decano locandum. Item Taberna. Item Ortulania Item Praedium.

Lysa Gora Villa sub Parochia de antiqua Szmigrod sita. Cujus proprietas et dominium ad Joannem et Czeslaum Woyszyk Nicolaum Kobrinczki. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis Decano Sancti Floriani et ducunt eam Cmethones in horreum a Decano locandū Item Taberna. Item Ortulania Item Praedium.

Decimae Fertonales Decanatus Sancti Floriani in Terra Biecensi in latis grossis.

Dambowdzal. Oppidum habens in se Ecclesiam Parochialem sub titulo Sancti Bartholomaei ligneam. Cujus proprietas et dominium ad Serenissimum Dominū Regem Poloniae pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis, de quolibet laneo per unum fertonem latorum grossorum Pragensium Item in eodem Oppido est advocatia habens.

Porzicze Villa sub Parochia Ecclesiae de Lanszany sita. Cujus proprietas et dominium ad Serenissimum Poloniae Regem pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales de quibus solvitur, de quolibet laneo per unum fertonem latorum grossorum Pragensium Decanatui Sancti Floriani. Item Praedium.

Kopyłcze Villa sub Parochia Ecclesiae de sita. Cujus proprietas et dominium pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quorum quolibet solvitur pro Decima

unus ferto latonum grossonum Pragensium Decanatui Sancti Floriani.

Bieharowa. Villa habens Ecclesiam Parochialem ligneam. Cujus proprietas & dominium ad Serenissimum Principem Dnum Regem Potentissimum pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latonum grossonum Pragensium pro Decima Decanatui Sancti Floriani. Item Pradium. Item Decanatus Sancti Floriani taxatus est.

Vicedecanatus.

Item quamvis Decanatus Sancti Floriani de jure & Privilegio teneretur habere proprium Vicarium sive Vicedecanatum in Ecclesia Sancti Floriani qui pro eo nocturna & diurna expleret officia debitum quoq suum adimpleret, ut pote prelatus primarius et principalis, ad quem singulorum defectuum in Ecclesia Sancti Floriani pertinet provisio & supplementum. Ex abusu tamen veteri et corrupto circa fundationem Ecclesiæ introducto. et nec in diem hanc correcto non habet proprium Vicarium perpetuum. sed alieno utitur delegatq alicui Vicario Canonicali vices suas. Vicedecani quoq titulum licet + futilem & ridiculosum cum nullis illum solariet stipendiis et imperiit. Non parum etiam ea negligentia reprehensibilis, qui Ecclesiam tam insignem percipiens ex ea fructus in horis et officiis Divinis proprio Vicario non administrat.

Cantoria.

Tertia dignitas in Ecclesia Sancti Floriani Cantoria, quam nunc obtinet Magister Nicolaus de Olkusz. Cui Cura hori Ecclesiæ Sancti Floriani est annexa, hæc etsi nunc adæquata sit, habebat tamen quondam ante adæquationem certos et speciales introitus in decimis manipularibus & fertonalibus in Terra Bilien: Cujus etsi alias Collatio & Juspatronatus ad Serenissimum Regem Poloniæ pertinebat, quæ nunc ad Rectorem et Doctores atq Magistros Collegii Artistarum plene jure dinoscitur pertinere Cujus infrascripti sunt proventus. Cantoria prefatæ Ecclesiæ Parochialis Sancti Andreæ in Olkusch annexa et unita est.

Decimæ manipulares Cantoriæ.

Zmigrod antiqua. Villa habens in se Ecclesiam Parochialem. Cujus hæredes Joannes Padniczki de armis Druszna et Joannes atq Cieslaus de Woyza dicti Woysiykones de armis Rowata. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis Cantoriæ Sancti Floriani, et ducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum a Cantore locandum. Item Taberna. Item Ortulaniæ Item Pradium.

Brzozowka Villa sub Parochia Ecclesiæ de sita cujus Hæredes. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis Cantoriæ Sancti Floriani & ducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum a Cantore locandum. Item Taberna. Item Ortulaniæ Item Pradium.

Schadhki Villa sub Parochia Ecclesiæ de sita. Cujus proprietas et dominium pertinet ad. In qua sunt lanei Cmethonales, de iis omnibus solvitur decima manipularis Cantoriæ Sancti Floriani, et ducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum a Cantore locandum. Item Taberna. Item Ortulaniæ Item Pradium.

Makowiska. Villa Parochialem habens in se Ecclesiam. Cujus proprietas et dominium pertinet ad Joannem Kobylinski de armis Gryimata in qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis Cantoriæ Sancti Floriani et ducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum a Cantore locandum. Item Taberna Item Ortulaniæ Item Pradium.

Ploscze. Villa sub Parochia Ecclesiæ de Kobylany sita. Cujus proprietas et dominium ad Joannem Kobylenski de armis Gryimata pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales de quibus omnibus solvitur decima manipularis. Cantoriæ Sancti Floriani, et ducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum a Cantore locandum. Item Taberna Item Ortulaniæ Item Pradium.

Decimæ Fertonales latonum grossonum.

Scholisin Villa sub Parochia Ecclesiæ de Nacrawino sita. Cujus proprietas et dominium ad Serenissimum Poloniæ Regem pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quorum quolibet solvitur decima pecunialis per unum fertonem latonum grossonum Pragensium Cantoriæ Sancti Floriani Item Pradium.

Rozumberg Villa habens in se Ecclesiam Parochialem, quam de jure & consvetudine Episcopus Cracoviensis tanquam unicus ejus Collator & Patronus. Cujus Haeres Serenissimus Poloniae Rex. In qua sunt lanei Cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto. latonum grossorum Pragensium pro decima Cantoriae Sancti Floriani. Item Praedium.

Rzeszczky villa sub Parochia Ecclesiae de Stawiszczyno sita. Cujus proprietas et dominium ad Serenissimum Poloniae Regem pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales de quibus solvitur per unum fertonem latonum grossorum Pragensium Cantoriae Sancti Floriani Item Praedium.

Strzezowka villa sub Parochia Ecclesiae de sita. In qua sunt lanei Cmethonales de quorum quolibet solvitur unus ferto latonum grossorum Cantoriae Sancti Floriani pro decima. Cujus Villae proprietas & dominium pertinet ad Nobilem . . Item Praedium.

Raczislawice. Villa sub Parochia Ecclesiae de sita. Cujus proprietas & dominium ad Serenissimum Poloniae Regem pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latonum grossorum Pragensium pro decima pecuniali Cantoriae Sancti Floriani.

Suburbium Biecense. Jure Parochiali pertinet ad Ecclesiam Parochialem in Biecz. Cujus proprietas ad Serenissimum Poloniae Regem pertinet. In quo sunt viginti lanei, et de quolibet solvitur unus ferto latonum grossorum, & proveniunt quinque marcae latonum grossorum Pragensium.

Hortus in Kleparz. Item Cantoria Sancti Floriani habet unum hortum in Kleparz de quo cum solvitur annuatim quatuordecem Scoti communis pecuniae penes hortum Malarz oppidaneum situm. Notandum quod Cantoria Sancti Floriani et ejus Cantor pro tempore non percipit nunc proventus & redditus praefatus, sed post adaequationem beneficiorum Sancti Floriani praefatae decimae & proventus Cantoriae in commune sunt conversae et relatae. Ecclesia vero Parochialis in Oppido Ilkusz de consensu Serenissimi Poloniae Regis unici Patroni Ecclesiae in Ilkusz Cantoriae Sancti Floriani unita est. Et omnes fructus dictae Ecclesiae in Ilkusz Cantor Sancti Floriani pro tempore percipit atque tollit. Idem eadem Cantoria taxata est.

Vicecantor

Cantoria Sancti Floriani habet habereque consvevit Vicariam perpetuam sive Vicecantoriam in Zalesia Sancti Floriani. Cujus Cantor Sancti Floriani pro tempore est unicus Collator et Patronus. quam nunc obtinet Stanislaus de Kleparz Presbyter qui licet pro suae Vicariae fundo et dote decimam manipularem in Chrzanow habuerit, decima tamen praefata in Chrzanow Plebanus in Ilkusz & Cantor Sancti Floriani in suam proprietatem et usum redecta solvit solvereque tenetur eidem Vicariae sive Vicecantoriae suae annis singulis pro solario perpetuo quatuor marcas communis pecuniae. Item Vicecantor Sancti Floriani habet propriam domum in Coemeterio Sancti Floriani cum horto et pomerio sitam in parte occidentali Item participat de omnibus aliis communibus introitibus, quamvis quaestibus et oblationibus aliorum Vicariorum.

Custodia

Quarta dignitas in Ecclesia Sancti Floriani Custodia. quam ante adaequationem sub aetate mea possidebat Przemierza de Kozelow Canonicus Cracoviensis Nobilis de domo Vulpium. quo Anno Domini millesimo quadringentesimo Vigesimo nono absumpto, et custodia Sancti Floriani ad coaequationem aliorum beneficiorum redacta. Iuspatronatus et praesentandi dictae Custodiae ad Rectores Doctores & Magistros Collegii Artistarum devenit. a Serenissimo Poloniae Rege Vladislao secundo donatione perpetua in eos transfusum, quam nunc obtinet Magister Stanislaus de Zawada, Sacrae Theologiae Professor quae pro sua dote atque fundo infrascriptos habet proventus.

Xiangwicze Villa sub Parochia Ecclesiae de Wranislawicze sita, quae est primarius fundus Custodiae Sancti Floriani. In qua sunt undecem lanei Cmethonales et quilibet pro censu annuo in Festo Sancti Martini solvit unam sexa:

4

genam. Item laborant quatuor dies in septimana proprio cursu & aratro. Item solvit duos Pallos et triginta ova. Item avenam non solvunt Item ducturas faciunt ordinarie ad raonem dierum in septimana debitorum. Item est ibi una Taberna habens agros quae pro censu annuo solvit Custodiae quatuor marcas & quatuor Cappones, eo quod habet agros largos & prata. Item sunt tres Ortulanicae habentes agros et quilibet solvit pro censu, et laborat unum diem in septimana pedester. Item Tam Cmethones Tabernator & hortulani, & omnes eorum Inquilini tenentur ad utramq Scwabam. Item omnes lanei Cmethonales Item omnes agri Tabernae & Ortulaniarum solvunt decimam manipularem, & per quatuor Iugeras Canapalem, Canonicatui & Prebendae Cracoviensi quae Krzeczauska appellatur & tenetur illam propriis curribus in horreum a Canonico locandum inducere. Item in eadem Villa est unicus laneus Cmethonalis, quem colit Curia, de quo datur Prebendae Cracovien. in Pontificem. Item in eadem villa est praedium bonum et Curia Custodiae habens agros bonos in tres campos divisos, de quibus non solvit decimam manipularem sed eam Custos pro se tollit, et in horreum suum inducit. Item Villa praefata consinat cum villis Medrzeiowice Zdziesławice, Kunicze, Dzielanowice Bosutchow.

Igolomia minor Secundus fundus Custodiae Sancti Floriani villa sub Parochia Ecclesiae de majori Igolomia sita. In qua sunt duodecim lanei Cmethonales et quilibet pro censu annuo solvit unam marcam communis pecuniae in Festo Sancti Martini pro Custode. Item in qualibet septimana per integrum annum quilibet Cmetho de laneo tenetur laborare duos dies proprio cursu aut aratro. Item ducturas faciunt ordinarie ad rationem dierum debitorum. Item quilibet de laneo tenetur solvere triginta ova. Item duos caseos, Item duos Pallos. Item Taberna una hns agros, quae pro censu solvit tres marcas et unum fertonem. Item Ortulaniae quatuor habentes agros, et quilibet solvit novem grossos pro censu & unum diem pedester in septimana laborat. Idem Praedium ibi optimum Custodiae, de cujus agris decimam nulli solvit, sed eam pro se tollit & in horreum suum inducit. Item de omnibus agris Villae solvitur et conducitur decima manipularis & Canapalis pro Custodia Sancti Floriani. Item universi agri Villae praefatae solvunt decimam manipularem & per quatuor uncturas Canapalem Sancti Floriani. et tenentur eam propriis curribus Cmethones inducere in horreum Custodis. Item in eadem Villa est Curia Custodiae & praedium habens prata & agros, de quibus nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit & in horreum suum inducit. Item molendinum. Item villa praefata consinat cum villis infrascriptis videlicet majori Igolomia Poschwiyn Item Custodia praefata taxata est.

Wolicza Villa sub Parochia de Iaszel sita. Cujus Haeres Andreas Kniazek de Krzustowa de Domo Odrowansch. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus decima manipularis perceptio diversificatur. nam de tribus laneis percipit eam Custodia Sancti Floriani. De sex vero laneis percipit eam Custodia seu Ecclesia in Iaszel Item non est ibi praedium militare.

Viceustodia

Custodia Sancti Floriani habet habereq tenetur Vicariam perpetuam sive Vice: Custodiam in Ecclesia Sancti Floriani. Cujus pro tempore Custos Sancti Floriani ante coaequationem beneficiorum erat unicus Collator & Patronus post adaequationem vero beneficiorum illam Doctores et Magistri in Ecclesia Sancti Floriani beneficiati in commune conferunt. quam nunc tenet Clemens de Presbyter, Vic pro suo fundo habet proventus infrascriptos, et primo praefatus Vice praepositus participat de proventibus communibus aliorum Vicariorum Sancti Floriani, videlicet de quartis introitibus Villa Zabtocie. Item de Offertorio. Item de duodecim marcis, quas Collegiati Magistri Vicariis dare consueverunt in com:

sucrant in communi. Item de omnibus spoliis. Item de universis quastibus Ecclesiæ Sancti Floriani in communi provenientibus. Item Vicecustos pro tempore habet propriam domum in Cæmeterio Sancti Floriani suam.

Welcz Villa Regia sub Parochia de Busko, sita. In qua sunt viginti quatuor lanei Cmethonales duobus Scoltei inclusis quinq, Ortulaniæ tres, de quibus omnibus datur decima manipularis pro monasterio Pinczoviensi. Item est ibi prædium Regium optimum, de cujus agris solvitur decima manipularis pro Vicecustodia Sancti Floriani extra muros Cracovienses.

Prima Præbenda dicta Czapolska.

Prima Præbenda in Ecclesia Sancti Floriani Czapska appellata est, quia ante adæquationem habebat Curiam et Præbendam in minori Czaple cam nunc Præbendam tenet Magister Stanislaus de Brzeziny Sacræ Theologiæ Professor, quæ pro sua proprietate habebat proventus infrascriptos.

Czaple minor. Villa sub Parochia Ecclesiæ de majori Czaple sita. quæ quondam erat Sanctuariorum Ecclesiæ de Sancto Villa Floriano. nunc verò amotis Sanctuariis & Cmethonibus institutis juta est censualis, et pertinet ad proprietatem Ecclesiæ Sancti Floriani, & ad Doctores atq Magistros beneficiates Ecclesiæ præfatæ. In qua quidem Villa est Curia habens Prædium bonum cum pratis. quod Canonicus primæ Præbendæ cum fundo possidebat, de quo nulli solvebat decimam, sed eam pro se tollebat et in horreum inducebat.

Decimæ manipulares Primæ Præbendæ.

Thoki. Villa sub Parochia Ecclesiæ de sita. Cujus proprietas et dominium ad pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis Canonico primæ Præbendæ. et inducunt eam Cmethones in horreum propriis curribus à Canonico primæ Præbendæ locandum. Item Tabernæ. Item Ortulaniæ Item Prædium.

Schowichlansky Villa Parochialem Ecclesiam habens in se. Cujus proprietas et dominium ad Joannem & Stanislaum Gamrath, dictos Nobiles de armis Sulima pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et inducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum à Canonico locandum. Item Tabernæ. Item Ortulaniæ Item Prædium.

Klanczany Villa sub Parochia Ecclesia de sita. Cujus dominium seu proprietas ad Stanislaum Nicolaum Paulum Wierzbięsam. fratres Nobiles de armis Strzepe pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis Canonicatui primæ Præbendæ, et ducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum à Canonico locandum. Item Tabernæ. Item Ortulaniæ Item Prædium.

Brzesyn Villa sub Parochia Ecclesiæ de Biecz Oppido sita. Cujus proprietas et dominium ad Serenissimum Poloniæ Regem pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis primæ Præbendæ et inducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum à Canonico locandum. Item Tabernæ. Item Ortulaniæ Item Prædium.

Decimæ Fertonales latorum grossorum Primæ Præbendæ.

Oszyek Oppidum. In quo Ecclesia Parochialis. Cujus proprietas et dominium ad Serenissimum Dominum nostrum Regem Poloniæ pertinet. In quo sunt lanei Oppidanorum, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium Canonico primæ Præbendæ pro Decima. Item Prædium.

Lczyny Villa Parochialem Ecclesiam habens in se. Cujus proprietas & do:

minium ad Serenissimum Poloniae Regem pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus sexto latonum grossorum Pragensium. Canonico primae Praebendae pro decima. Item Praedium.

Zołkow Villa sub Iaslen Ecclesia Parochiali sita. Cujus proprietas & dominium ad Nicolaum et Stanislaum Zołkowski pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus sexto latonum grossorum Pragensium Canonicatui primae Praebendae pro decima. Item Praedium.

Rabie. Villa sub Parochia Ecclesiae de sita. Cujus proprietas & dominium ad pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus solvitur unus sexto latonum grossorum Pragensium Canonicatui primae Praebendae pro Decima. Item Praedium.

Lysa Gora Villa sub Parochia Ecclesiae Parochialis de antiqua Zmigrod sita. Cujus proprietas et dominium ad Ioannem Stadniczki, et Ioannem & Czeslaum Wojszyk pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus sexto latonum grossorum Canonico primae Praebendae pro decima. Item Praedium.

Bukowa Villa sub Parochia Ecclesiae de Osiek Oppido sita. Cujus proprietas et dominium ad Serenissimum Poloniae Regem pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales de quorum quolibet solvitur unus sexto latonum grossorum Canonico primae Praebendae pro decima. Item Praedium Item Prima Praebenda taxata est.

Vicaria Primae Praebendae

Prima Praebenda Sancti Floriani dicta Captka habet habereq consuevit perpetuam Vicariam in Ecclesia Sancti Floriani, quam nunc tenet Ioannes Plebanek de Malecz Presbyter. Cujus unicus Collator & Patronus Canonicus primae Praebendae pro tempore ante coaequationem beneficiorum esse consueverat. Nunc autem conferunt illam in communi Magistri & Doctores beneficiati in Ecclesia Sancti Floriani, pro suo autem fundo & proprietate praefata prima Vicaria habet aliquos speciales introitus et de communibus introitibus inferius inscribendis participat. Habet tamen propriam domum cum horto et pomerio in Cemeterio Sancti Floriani sitam. Item praefata Vicaria habet quatuor marcas a Magistris et Doctoribus pro solario.

Secunda Praebenda dicta Swiepiethniczska.

Secunda Praebenda Sancti Floriani appellatur Swiepietniczska propter principaliorem decimam, quam habet in Swiepietnicza. quam nunc tenet Magister Stanislaus de Schadek. Sacrae Theologiae Professor, haec ante coaequationem in decimis manipularibus & pecunialibus proventus habebat infrascriptos.

Decimae manipulares secundae Praebendae Swiepiethniczskiey

Swiepiethnicza Villa sub Parochia Ecclesiae de Biecz sita. Cujus proprietas et dominium ad Serenissimum Poloniae Regem pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis Canonico secundae Praebendae. et tenetur eam Cmethones propriis curribus inducere in horreum a Canonico secundae Praebendae locandum. Item Taberna. Item Ortulaniae. Item Praedium.

Brinik Poloniales. Villa sub Parochia Ecclesiae de Laszany sita Cujus proprietas & dominium ad Serenissimum Poloniae Regem pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis Canonico secundae Praebendae. et inducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum a Canonico locandum. Item Tabernae. Item Ortulaniae Item Praedium.

Lyszow Villa sub Parochia Ecclesiae de Stawien sita. Cujus proprietas & dominium ad Ioannem Zagorski nobilem de armis aucipitrum pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis Canonico secundae Praebendae. et inducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum a Canonico locandum. Item Tabernae Item Ortulaniae Item Praedium.

Sobniow Villa sub Parochia Ecclesiae. de Iasyel sita. Cujus proprietas

et dominium ad Nobilem Joannem Pieniązek de Crustowa de armis Odrowązych pertinet. In qua sunt unus tantummodo laneus Cmethonalis, de quibus solvitur decima manipularis Canonico secundae Praebendae Sancti Floriani, et inducunt eam Cmethones in horreum a Canonico locandum. de omnibus autem residuis laneis solvitur Ecclesiae in Jaszel. Item Praedia tria videlicet Pieniązek, Szczurzy, Wrosz et de omnibus decimatur Ecclesia in Jaszel.

Decimae Fertonales secundae Praebendae latorum grossorum.

Pinniązek Villa sub Parochia Ecclesiae de Jamowiecz sita. Cujus proprietas et dominium ad Gregorium Chonuszich de armis Solukoszvi pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium pro Decima Canonico secundae Praebendae. Item Praedium.

Zatanzic. Villa habens in se Ecclesiam Parochialem sub titulo Sancti Joannis Baptistae. Cujus proprietas et dominium ad Serenissimum Dnum Regem Poloniae pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium Canonico secundae Praebendae pro Decima. Item Praedium.

Markuszowka Villa sub Parochia Ecclesiae de Zatanzic sita. Cujus proprietas et dominium ad Serenissimum Poloniae Regem pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Canonico secundae Praebendae pro decima. Item Praedium.

Sandtow Villa sub Parochia Ecclesiae de sita. Cujus proprietas et dominium ad Nordiczki pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium Canonico secundae Praebendae pro decima. Item Praedium.

Rosthoki Villa sub Parochia Ecclesiae de Jasiel Oppido sita. Cujus proprietas et dominium ad Gregorium Chonaszye de Solukosza domo pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium pro Praebenda secunda Sancti Floriani. Item Praedium est ibi Scoltetiae, de quo ratione decimae solvuntur octo grossi communis pecuniae Ecclesiae in Jasiel.

Dubiambianka Villa sub Parochia Ecclesiae de Dambowdział sita. Cujus proprietas et dominium ad Joannem de armis pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium pro decima. Item Praedium est ibi unicum militare, de cujus agris solvitur decima manipularis Ecclesiae Parochiali in Dambowdział.

Vicaria secundae Praebendae.

Secunda Praebenda Sancti Floriani habet habereque consuevit Vicariam perpetuam in Ecclesia Sancti Floriani, Quam nunc obtinet Joannes de Cracovia Presbyter. Cujus Canonicus secundae Praebendae Sancti Floriani pro tempore est unicus Collator & Patronus ad coaequationem beneficiorum esse consueverat. Nunc vero conferunt eam in communi Doctores & Magistri Collegii Artistarum Ecclesiae Sancti Floriani beneficiati, pro fundo autem & dote praefata Vicaria primae Praebendae habet aliquos speciales introitus. Et de communibus introitibus inferius describendis participat. Habet tamen praefata Vicaria secundae Praebendae domum propriam in Caemeterio Sancti Floriani. Item praefata Vicaria secundae Praebendae habet pro annuo sub solario a Doctoribus & Magistris Collegii Artistarum in Ecclesia
m Sancti Floriani beneficiatis quatuor marcas, communis pecuniae in Regno currentis.

Tertia Praebenda appellata Jasielska.

n Tertia Praebenda Sancti Floriani appellatur Jasielska, propter principalem decimam manipularem, quam habet in Oppido Jasiel. Cujus Juspatronatus ante coaequationem pertinebat ad Serenissimum Regem Poloniae. nunc vero pertinet ad Rectorem Doctores & Magistros Collegii Artistarum beneficiatos Ecclesiae

Sancti Floriani. Jam nunc tenet Magister Joannes de Oswięcim, Sacrae Theologiae Baccalaureus. Cujus antequam coadquaretur, hi fuerunt proventus.

Decimae manipulares Tertiae Praebendae

Jasziel Oppidum. In quo est Ecclesia Parochialis ex muro fabricata per Stanislaum Cielytko, Decretorum Doctorem Scholasticum Sandomiriensem. Et germanum ejus Nicolaum Rectorem, tunc Ecclesiae in Jasziel. Nobiles de armis Taurorum. Cujus proprietas et dominium pertinet ad Serenissimum Regem Poloniae. In quo sunt lanei Oppidanorum, de quibus solvitur Canonico Ecclesiae tertiae Praebendae Sancti Floriani, et ducunt eam Oppidani in horreum à Canonico locandum. Item est ibi Advocatia habens duos laneos, de quibus etiam solvitur decima manipularis in Jasziel, Ecclesiae Parochiali et ejus Plebano in Jasziel. Item est ibi Praedium Regium, de quo decima manipularis solvitur Ecclesiae Parochiali in Jasziel, sed in hujusmodi praedio locatus est Kmetho. Item sunt ibi in medietate Oppidi lanei Oppidanorum & quolibet solvit pro decima unum fertonem pro Plebano in Jasziel. Item omnes Oppidani, et qui manipularem et qui pecunialem reddunt decimam, solvunt quilibet de laneo unam mensuram siliginis et avenam altera ratione missalium. Item ratione mensalium quilibet hospes unum grossum. Inquilinus quatuor grossos.

Zołkow Villa sub Parochia Ecclesiae de Zarzany sita. Cujus proprietas & dominium pertinet ad Nicolaum & Stanislaum de armis In qua sunt lanei Kmethonales de quibus omnibus solvitur decima manipularis Canonico tertiae Praebendae. et ducunt eam Kmethones propriis curribus in horreum à Canonico locandum. Item Tabernae Item Ortulaniae. Item Praedium est ibi unicum militare. de cujus agris certis, aliquando decima manipularis. solvitur pro Canonico Sancti Floriani tertiae Praebendae aliquando pro Ecclesia in Jasziel.

Jaronowka Villa sub Parochia Ecclesiae de Jasziel sita. Cujus proprietas & dominium ad Serenissimum Poloniae Regem pertinet. In qua sunt lanei Kmethonales de quibus omnibus solvitur decima manipularis Canonico Tertiae Praebendae. et inducunt eam Kmethones propriis curribus in horreum à Canonico locandum. Item Tabernae non sunt Item Ortulaniae non sunt. Item Praedium est ibi) Sculteti; de quo ratione decimae solvuntur sexdecem grossi Ecclesiae in Jasziel.

Brodno Villa sub Parochia Ecclesiae de Starthowa sita. Cujus proprietas et dominium ad Nobilem de armis pertinet. In qua sunt lanei Kmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, Canonico Sancti Floriani tertiae Praebendae. Et ducunt eam Kmethones in horreum à Canonico locandum. Item Tabernae Item Ortulaniae Item Praedium

Decimae Fertonales Tertiae Praebendae in latis grossis.

Kopytowa Villa sub Parochia Ecclesiae de Strzyżów sita. Cujus proprietas et dominium ad Nobilem Rautch de armis. In qua sunt lanei Kmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium Canonico Tertiae Praebendae. pro decimis. Item Praedium Item est ibi Sculteria habens duos laneos q.º pro decima manipulari, ad quam obligatus solvit pecunialem, Ecclesiae in Strzyżów de quolibet laneo unum fertonem latorum grossorum.

Piotrkowa Villa sub Parochia Ecclesiae de Lubienko sita. Cujus proprietas et dominium ad Nobilem Martinum Paulum de armis Pogonia pertinet. In qua sunt lanei Kmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium Canonico Tertiae Praebendae. pro decima. Item Praedium.

Kanthy Villa sub Parochia Ecclesiae de sita. Cujus proprietas et dominium ad Nobilem de armis pertinet. In qua sunt lanei Kmethonales, de quibus solvitur per unum fertonem latorum grossorum Pragensium Canonico Tertiae Praebendae. pro decima. Item Praedium. X

Czeczyn Villa Parochialem Ecclesiam habens in se. Cujus proprietas &

X. Słotwiniec(?) diff.

dominium ad Nobilem Skarbkonem de armis Powoÿa pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium Canonico Tertiæ Præbendæ pro decima. Item Prædium.

Skalnik Villa Parochialem Ecclesiam habens in se. Cujus proprietas & dominium ad Nobilem Joannem Stadnizki de armis Druszÿna et Joannem et Przeslaum de armis Powala pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium Canonico Tertiæ Præbendæ pro decima. Item Prædium.

Brzowka. Villa sub Parochia Ecclesiæ de Semokleski sita. Cujus proprietas et dominium ad Nobilem de armis pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latinum grossorum Pragensium Canonico Tertiæ Præbendæ dictæ Jasielska pro decima. Item Prædium.

Markowka. Villa sub Parochia Ecclesiæ de Debowiei sita. Cujus proprietas et dominium ad Nobilem de armis pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quorum quolibet solvitur decima fertonalis. videlicet per unum fertonem latinum grossorum Pragensium Canonico Tertiæ. Præbendæ. dictæ Jasielska. pro decima. Item Prædium

Item præfata Præbenda Tertia taxata est.

Vicaria Tertiæ Præbendæ.

Tertia Præbenda Sancti Floriani appellata Jasielska. habet habereq consuevit Vicariam perpetuam, in Ecclesia Sancti Floriani. Quam nunc habet Blasius de Porka Presbyter. Cujus Canonicus tertiæ Præbendæ. pro tempore ante coæquationem beneficiorum esse consueverat, unius Collator & Patronus. Nunc vero in communi Doctores & Magistri Collegii Artistarum beneficiati in Ecclesia Sancti Floriani eam conferunt. Quæ Vicaria habet de fundo. seu introitibus in speciali & de introitibus communibus infradescribendis cum aliis Vicariis participat. Habet tamen domum propriam pro sua inhabitatione. in Cœmeterio. Item habet à Doctoribus & Magistris Collegiatis. pro annuo censu quatuor marcas.

Quarta Præbenda dicta Więgłowieczska.

Quarta Præbenda Sancti Floriani appellatur Więgłowieczska denominationem sumens à principali decima manipulari, quam habet in Villa Więgłowiecz Quam nunc tenet M. Andreas de Stargordia Sacræ Theologiæ Baccalaureus formatus, quæ quidem ante adæquationem habebat pro sua dote & fundo decimas infrascriptas.

Decimæ manipulares Præbendæ quartæ.

Więgłowicze. Villa sub Parochia Ecclesiæ de Jasiel sita. Cujus proprietas & dominium ad Nobilem Clementem Turski de armis Caperonum pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis Canonico quartæ Præbendæ. & ducunt Cmethones propriis curribus in horreum à Canonico locandum. Item Taberna una habens agros, et solvit decimam manipularem in Pon pro Canonico Sancti Floriani. Item Ortulaniæ tres, quæ habent agros ex prædio. Item Prædium unum militare, de cujus agris solvitur decima manipularis Ecclesiæ Parochiali in Xangnice prope Paczanow.

Masłczowa. Villa sub Parochia Ecclesiæ de Dambowiec sita. Cujus proprietas et dominium ad Nobilem Janussium de armis Strepe. pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis Canonico quartæ Præbendæ & ducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum à Canonico locandum. Item Taberna. Item Ortulaniæ. Item Prædium.

Wola Masłczowska. Sub Parochia Ecclesiæ de Dambowiec sita. Cujus hæres Janussius Jessowski de armis Strepe. In qua Prædium tantummodo unicum, de quo decima manipularis solvitur.

Tharchow Villa sub Parochia Ecclesiæ de Tszcenica sita. Cujus proprietas et dominium ad Serenissimum Poloniæ Regem, sed Tenuta ad Nobilem Joannem Pomrate de armis Szulina pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus

solvitur decima manipularis & inducunt eam Cmethones in horreum a Canonico lo: candum Item Taberna. Item Ortulania Item Pradium.

Hartlowa Villa habens in se Ecclesiam Parochialem. Cujus proprietas et dominium ad Serenissimum Polonice Regem pertinet. In qua sunt Lanei Cmethonales Item est ibi molendinum habens agros Satis, de quibus solvitur decima manipularis. Item Taber: nae. Item Ortulania. Item Pradium.

Decima Pertonales latorū grossorū quartae Praebendae.

Jaschel Villa sub Parochia Ecclesia de sita. Cujus proprietas & dominium ad Nobilem de armis pertinet. In qua sunt Lanei Cmethonales, de quorum quolibet solvi: tur unus perto latorum grossorum Pragensium, Canonico quartae Praebendae pro deci: ma. Item Pradium.

Gorzycze Villa sub Parochia Ecclesia de Łężyny sita. Cujus proprietas & do: minium ad Nobilem de armis pertinet. In qua sunt Lanei Cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus perto latorum grossorum Pragensium Canonico quartae Prae: bendae pro decima. Item Pradium.

Mitharza Villa sub Parochia Ecclesiae de Nowa Żmigrod sita. Cujus proprietas & dominium ad Serenissimum Polonice Regem pertinet. In qua sunt Lanei Cmetho: nales, de quorum quolibet solvitur unus perto latorum grossorum Canonico quartae Praebendae pro decima. Item Pradium.

Trabanina Villa sub Parochia Ecclesiae de sita. Cujus proprietas et dominium ad Nobilem de armis pertinet. In qua sunt Lanei Cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus perto latorum grossorum Pragensium Canonico quartae Praebendae pro decima. Item Pradium.

Żmigrod nowa Oppidum habens in se Ecclesiam Parochialem. Cujus haeres Nobiles Joannes de Domo Drużiny & Joannes atque Czeslaus de Wojeża, de armis Powala. In qua sunt Lanei Cmethonales seu Oppidanorum, de quibus solvitur de: cima manipularis, per unum videlicet pertonem latorum grossorum. Canonico quar: tae Praebendae pro decima. Item Pradia.

Dobrynya Villa sub Parochia Ecclesiae de Cicklin sita. Cujus proprietas et do: minium ad Nobilem de armis pertinet. In qua sunt Lanei Cmethonales, de quibus sol: vitur, unus perto latorum grossorum Pragensium pro decima. Canonico quartae Praebendae. Item Pradium Pielgrzymka.

Pielgrzymowka Villa sub Parochia Ecclesiae Damokleski sita. Cujus proprietas et dominium ad Nobilem Joannem & Stanislaum Samrats de armis Sulyma pertinet. In qua sunt Lanei Cmethonales, de quibus solvitur unus perto latorum grossorum Canonico quartae Praebendae. Item Pradium.

Wierchowa Villa sub Parochia Ecclesiae de Załanże sita. Cujus proprietas et dominium ad Nobilem de armis pertinet. In qua sunt Lanei Cmethonales, de quibus solvitur unus perto latorum grossorum Canonico quartae Praebendae pro Decima. Item Pradium.

Brzeszcye Villa sub Parochia Ecclesiae de Jasiel sita. Cujus proprietas et dominium ad Serenissimum Polonice Regem pertinet. In qua sunt Lanei Cmethonales, de quibus solvitur unus perto latorum grossorum Pragensium. Item Pradium est ibi Scoltetiae, de quo ratione decimae solvuntur sedecim grossi Ecclesiae Parochiali in Jasiel. Item qui: libet Cmetho de laneo solvit pro Ecclesia in Jasiel unam honeam siliginis, ratione Meschne Item praefata quarta Praebenda taxata est.

Vicaria quartae Praebendae

Quarta Praebenda Sancti Floriani appellata Pielgrzymczka, habet haberet consuevit Vicariam perpetuam in Ecclesia Sancti Floriani. Quam nunc habet Nicolaus de

Scarbimiria Presbyter. Cujus Canonicus quartae Praebendae ante adaequationem beneficiorum esse consueverat unicus Collator & Patronus. Quam nunc Doctores & Magistri Collegii Sancti Floriani in communi conferunt beneficiati praefatae Ecclesiae existentes pro fundo & speciali introitu praefata Vicaria, habet quatuor marcas pro annuo censu à Doctoribus & Magistris beneficiatis Ecclesiae Sancti Floriani Item habet domum propriam cum horto et pomeriis in Cemeterio Sancti Floriani.

Bona Praelatorum & Canonicorum S. Floriani in communi.

Czeplije minor Villa sub Parochia Ecclesiae de majori Czaple sita. Cujus proprie: tas et universum dominium ad Praelatos & Canonicos Ecclesiae Sancti Floriani perti: net. Quae villa à primaeva Sancti Floriani dotatione Sanctuariorum erat, qui Ecclesiae Sancti Floriani per vices deserviebant die ac nocte, liberi ab omni censu labore dania exactione et quovis tributo. Quam Casimirus Poloniae Dux et Monarcha in primaeva fundatione ex dotatione Ecclesiae Sancti Floriani de introitibus suis Ducalibus Ecclesiae eidem Sancti Floriani in sortem perpetuam ascripserat. Processu autem tempo: ris in Ecclesia Sancti Floriani Doctoribus & Magistris collata fuit, beneficiaque ipsius adaequata fuissent. Sanctuarii ex villa praefata amoti sunt, et in locum eorum Sacristi amus et duo Campanatores instituti; et sors Sanctuariorum, in Colonos redacta sunt ibi triginta quatuor laneï Cmethonales, de quolibet solvitur pro annuo censu tres fer: tones monetae usualis. Item duos Gallos, Item triginta ova. Non laborant autem aliquos dies in Septimana, neque ducturas facere tenentur. arant tamen agros praedia les, serunt et metunt. Item Curiam sepiunt & sepire tenentur. Item Tenentur ligna ducere ad Curiae necessitatem. Item omnes lanei Cmethonales solvunt solvereque tenentur decimam manipularem Altari & Altaristae Sanctae Mariae in Ecclesia majori Cracoviensi. Item in eadem Villa praedium Praelatorum & Canonicorum San: cti Floriani, de cujus agris solvunt decimam, sed eam pro se tollunt. et in horreum suum inducunt, pertinebat, siquidem praedicta decima praedialis ad primam Praeben: dam Sancti Floriani, sed post adaequationem coepit esse communis. Item Tabernae non sunt in Villa praefata, neque Ortulaniae. Item Villa praefata confinat cum Villis.

Domus et area in Kleparz

Habet Ecclesia Sancti Floriani & beneficiati ejus quinque domus et areas in Kleparz in Circulo ex utraque parte Ecclesiae sitas. Una vocatur Przedborij quae solvit pro annuo censu unam marcam. Secunda Panijz quae etiam solvit unam marcam. Tertia Laurentii, quae etiam solvit unam marcam, Quarta Zali quae etiam solvit unam marcam. Quinta Pistoris, quae solum solvit mediam marcam.

Sacristianus.

Item habet Ecclesia Sancti Floriani specialem Sacristianum. In cujus Custodia omnes res, clenodia, et munilia Sancti Floriani consistunt. et qui in ejusdem Eccle: siae Sacristia tenetur noctibus singulis cubare, qui pro suo solario habet quatuor marcas communis pecuniae, quae sibi per beneficiatos Ecclesiae Sancti Floriani sol: vi ex censu Villae Czaple, sunt consuetae. Item habet columbationem aliquas Kolendam de Parochianis Sancti Floriani pro cujus largitione speciali die ipsos sollicitat. Consuevit autem Sacerdos communiter esse, non tamen cum Vicariis de aliquo quaestu communicat, quoniam non est de eorum numero. nec canit aut laborat cum eis, nec aliquod onus portat Manualis autem est ad arbitrium Praelatorum & Canonicorum Sancti Floriani destituendus et substituendus.

Duo Campanatores.

Item Ecclesia Sancti Floriani consuevit habere duos Campanatores Clericos,

qui illam pulsatibus & servitiis consueverunt administrare. hi satis tenuem quaestum habent qui illis tantummodo ex aspersorio & ex pulsu defunctorum provenit.

Proventus Vicariorum Sancti Floriani in communi.

Zabłocie. Villa sub Parochia in Biskupice sita. Villa Episcopalis prope Wieliczka, quam Bodzanta Vislai de Czyżowice Nobilis de domo Schelygi existens Praepositus Sancti Floriani et qui ex post promotus fuit in Archiepiscopum Gnesnensem ab Episcopo Certenz Andrea de Zabłocie Anno Dni millesimo trecentesimo Septuagesimo Septimo, pro ducentis marcis latorum grossorum coemit. Et de consensu Lodovici Poloniae Regis Vicariis Sancti Floriani in commune pro quartis attenta eorum tenuitate assignavit & perpetuo Inscripsit. In qua sunt lanei Cmethonales, & quilibet pro censu solvit, pro quibuslibet quatuor temporibus undecem scottos, alias autem danias aut tributa, non solvunt, neq alios labores faciunt, aut decturas. Item est in eadem Villa Zabłocie alias Starbo Stanislaus Zerewski de armis Korwicz qui habet tertiam partem Villae praefatae, videlicet unum Pradium & unam Tabernam & unam Ortulaniam, de quibus solvit decimam manipularem in Hospitale Sancti Spiritus Cracoviae. Item est in eadem Villa molendinum habens agros et prata. Cujus duae partes pertinent ad Vicarios Sancti Floriani. Tertia vero ad Haeredem & arendatur pro duabus sexagenis, aliquando pro ampliori. & cedunt Ecclesiae duae marcae. et Haeredi media marca. Item est in eadem Villa piscina bona quae cum universo dominio pertinet ad Vicarios Sancti Floriani, & in qua Nobilis nihil habet cum eis commune. Item Cmethones tenentur semel in anno Vicarios Sancti Floriani procurare statione. Item Cmethones et molendinator Villae praefatae solvunt decimam manipularem Monasterio Hospitalis Sancti Spiritus in Cracovia, & tenentur eam Cmethones ducere in horreum locandum. a Praeposito Hospitalis. Item non habent Vicarii Sancti Floriani in praedicta Villa aliquod Pradium neq Tabernam, neq Ortulaniam. Item Villa praefata consinat cum Villis

Duodecem marcae. Item Prelati & Canonici Sancti Floriani solvunt, solvereq tenetur Vicariis Sancti Floriani in commune duodecem marcas pro quartis, aliis distributionibus Vicariorum quotidianis. Et Doctores quidem & Magistri beneficiati in Ecclesia praefata de communibus eorum proventibus solvunt undecem marcas Cantor vero Sancti Floriani, qui est Stephanus de Mnisz solvit unam marcam de proprio.

Quinq Domus Vicariorum in Kleparz

Item Vicarii Sancti Floriani habent quatuor domos proprias in Kleparz. prima domus in Circulo dicta Petri Polacis, donata per eundem universitati Vicariorum de qua pro censu annuo solvitur una marca, Item secunda Stanislai Piotr etiam in Circulo, de qua solvitur una marca. Item Promkonis Stanislai prope Valvam Cracoviensem sita. de qua etiam solvitur pro censu una marca. Item quarta Latzko: nis in platea longa, de qua solvitur una marca pro Censu.

Installatio Item quilibet Prelatus aut Canonicus in Ecclesia Sancti Floriani installatus & receptus, tenetur ratione Installationis & receptionis suae solvere Vicariis Sancti Floriani unam marcam sub poena excommunicationis incurrendae. Item Vicarii Sancti Floriani percipiunt de Jure & consuetudine universum offertorium. Item totam columbationem ex Parochia. Item omnia spolia. praeter purpuras auro textas, et examiticas quae debent cadere in Ecclesia in ornatum. Item mediatem de omnibus Vigiliis cantatis, medietate pro Magistro Scholae remunerante et generaliter omnes quaestus in Ecclesia Sancti Floriani provenientes.

Vladislaus secundus Rex Poloniae

Fundato a se Anno Domini Millesimo quadringentesimo Studio generali in Civitate Regia Cracoviensi omnia beneficia Sancti Floriani Ecclesiae, praeter

Praepositurам. Quorum introitus & reditus in superioribus descripsimus eidem in dotem consignat. Ecclesiam vero Sancti Floriani amplioribus proventibus gratificaturus tres Cancellarias, quarum duae videlicet Siradiensis & Lanciciensis saeculares erant et a saecularibus personis administrabantur, veluti quidam Magistratus. Tertiam vero Posnaniensem Ecclesiasticam ad Regiam dispositionem & collationem pertinentes. Item et Ecclesiasticam Parochialem ad Ilkusz. ad Iuspatronatus Regium pertinens cum omnibus earum Cancellariarum & Ecclesiae proventibus, & redditibus eidem Ecclesiae Sancti Floriani donatione irrevocabili donat, inscribit et incorporat. ea conditione & respectu ut priscis beneficiis & Praebendis Sancti Floriani plures adjicerentur Praebendae. Sed etiam Personae in Universitate laborantes possint eisdem proventibus solariari, quemadmodum in sequentibus docebimus. Praefatarum autem trium Cancellariarum proventus ii fuisse dinoscebantur.

Siradiensis Cancellaria.

Habuit, habetque Cancellaria Siradiensis certos proventus decimas & redditus quos et quas Laici percipiebant, dum Cancellariam Siradiensem administrabant, diviso si quis Regno Poloniae in plures Tetrarchias aemulabantur, se principes in singulis officiis et Magistratibus creando illos, & illas pro sua praestantia & excellentia ne alius alio inferior se videretur. Creatus ergo et tunc fuit, Siradiensis Cancellarius, per quem vero fuerit primum Ducem creatus, parum constat. Verisimile autem erat quod in primordio creationis Magistratus ipse nonnisi personis Ecclesiasticis conferebatur, qui & capaces erant decimarum manipularium et peritia scribendi pollebant. Processu vero temporis etiam Magistratus ipse Laicorum personis destinabatur. Et pessimo abusu atque exemplo decimae manipulariis, quae sunt tributa egentium animarum solis Sacerdotibus debitae & Principi Regum Terrae in signum universalis dominii reservatae per quandam corruptela a Laicis percipiebantur. Quam Clementissimus Deus non tollerans decimas ipsas sua propitiatione in sortem restituit Clericatus. Sunt autem isti proventus Cancellariae Siradiensis prope Oppidum Brzeznica in Terra Siradiensi consistentes.

Wyszynka. Villa sub Ecclesia Parochiali de Pajeczno sita. Cujus proprietas et dominium ad Cancellariatum Siradiensem pertinens, et ad Magistros beneficiatos Sancti Floriani. In qua sunt quatuordecim Lanei Cmethonales, et quilibet Cmetho solvit pro censu annuo de laneo per unum fertonem latorum grossorum Pragensium. Pro Festo Sancti Martini, pro Festo vero Sancti Joannis Baptistae octo grossos, communis pecuniae. Item est in eadem Villa habens agros, quae pro censu solvit unam marcam communis pecuniae. Item est in eadem Villa molendinum, habens etiam agros, quod pro annuo censu solvit duas marcas Item tam Lanei Cmethonales quam agri Tabernae et molendini solvunt decimam manipularem pro Cancellaria Siradiensi & Magistris beneficiatis Sancti Floriani, et ducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum a Magistris locandum. Item decimam canapalem solvunt per tres ligaturas. Item in eadem Villa est curia, habens aedificia praedium speciale, de cujus agris Magistri beneficiati non solvunt decimam manipularem Sed eam pro se tollunt. Item Villa praefata consinat cum Dworzyszowicze. Item laborant tantummodo dies in Anno. unum pro vere, alium pro autumno arando seminando Item dant cosep. tres choros siliginis et tres avenae. Item solvunt duos gallos Item viginti ova. Item sunt ibi duae Tabernae habentes agros.

Decimae manipulares Cancellariae Siradiensis.

Brzeznica Antiqua Villa habens in se Ecclesiam Parochialem ligneam. Cujus proprietas et dominium ad Serenissimum Dnum Poloniae Regem pertinet. In qua sunt octo cum medio lanei Cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis Cancellariae Siradiensi & Magistris beneficiatis Sancti Floriani. Et ducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum à Magistris locandum. Item decimam canapi. Item in eadem Villa non sunt Ortulaniae neq Praedia neq Taberna. Item Advocati quorum lanei, Item Plebani tres lanei, de quibus Ecclesiae in Brzeznicza cedit Decima.

Kruplin Villa sub Parochia Ecclesiae de Brzeznicza nova sita. Cujus proprietas ad Serenissimum Poloniae Regem pertinet. In qua sunt decem & octo lanei Cmethonales de quibus solvitur decima manipularis Magistris beneficiatis Sancti Floriani. Et ducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum à Magistris locandum. Item Decimam Canapi per tres ligaturas. Item in Villa eadem est Praedium Regium, de cujus agris solvitur decima manipularis Ecclesiae in Brzeznica nova. Item in eadem Villa Advocatus de Brzeznica habet septem laneos, duos colit pro praedio suo, quinq verò locavit Cmethonalibus et de omnibus solvitur decima fertonalis, ita quod quilibet laneus solvit unum fertonem Ecclesiae in Brzeznica Oppido per unum fertonem communis pecuniae pro decima. Item Tabernae non sunt. Item Hortulania una Plebani de Brzeznica, quae solvit decimam pro Magistris. Item Cmethones solvunt messalia pro Plebano in Brzeznica, & quilibet solvit tres choros siliginis et tres avenae.

Dupicze Villa sub Parochia Ecclesiae de antiqua Brzeznica sita. Cujus proprietas et dominium pertinet In qua sunt lanei septemdecem Cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis Cancellariae Siradiensi & Magistris beneficiatis Ecclesiae Sancti Floriani. Et inducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum à Magistris locandum. Item decimam canapalem solvunt per tres ligaturas. Item non est in eadem Villa praedium, non est hortulania, neq Taberna. Item est ibi Scoltetia habens octo laneos, de quibus solvitur decima manipularis Ecclesiae in Brzeznica. Item sunt duo lanei Plebani in Brzeznica. qui solvunt decimam manipularem pro Cancellaria & Magistris.

Dworzyschowicze. Villa habens in se Ecclesiam Parochialem. Cujus proprietas ad Serenissimum Poloniae Regem pertinet. In qua sunt quatuordecem lanei Cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis Magistris beneficiatis Ecclesiae Sancti Floriani. et ducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum à Magistris locandum. Item decima canapalis solvitur per tres ligaturas. Item praedium non est. Item Cmethones messalia solvunt Plebano in Dworzyschowicze. Item Tabernae Item Ortulaniae duae. Item Scoltetia est ibi habens sex laneos, de quibus solvitur decima manipularis Ecclesiae eidem in Dworzychowicze.

Pajaczycze. Villa sub Parochia Ecclesiae de Makowiska. sita. Cujus proprietas ad Serenissimum Poloniae Regem pertinet. In qua sunt triginta duo lanei Cmethonales Item est ibi Scoltetia habens duos agros scoltetiales. Item una Taberna habens agros, de quibus omnibus datur decima manipularis pro Cancellaria Siradiensi & Magistris beneficiatis Sancti Floriani. et inducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum à Magistris locandum. Item decimam canapi solvunt per tres ligaturas. Item Tabernae duae habentes agros, unam solvit decimam manipularem pro Cancellaria & Magistris. alia pro Ecclesia in Makowiska.

Trambaczow Villa habens in se Ecclesiam Parochialem muratam. Cujus proprietas & dominium ad Nobilem Stynicza de Rogow de Domo & Familia

Dziatosza. pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales quadraginta quatuor, de quibus omni:
bus solvitur decima manipularis Cancellariæ Siradiensi & Magistris in Ecclesia
Sancti Floriani beneficiatis, et ducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum
ab illis locandum. Item decimam canapalem solvunt per tres ligaturas. Item est in ea:
dem Villa unicum prædium militare, de cujus agris solvitur decima manipularis ibidem
Ecclesiæ Parochiali in Trambaczow. Item sunt ibi tres Tabernæ habentes agros, de qui:
bus solvitur decima manipularis Ecclesiæ in Trambaczow.

Schyedlecz Villa sub Parochia Ecclesiæ de Paiaczno sita. Cujus proprietas & do:
minium ad Serenissimum Poloniæ Regem pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales octo,
de quibus solvitur decima manipularis Cancellariæ Siradiensi & Magistris beneficiatis
in Ecclesia Sancti Floriani, et ducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum a
Magistris locandum. Item Decimam canapi solvunt, per tres ligaturas. Item Taberna
non est. Item Ortulania una, de cujus agris solvitur decima pro Magistris. Item Præ:
dium non est sed Scoltetia, quæ habet tres laneos, de quibus decima manipularis sol:
vitur Ecclesiæ Parochiali in Paiaczno.

Chorzow Villa sub Parochia Ecclesiæ de Szmichowicze sita. Cujus proprietas et
dominium ad Sthegnievu Szemikowski Nobilem de armis Oxa. In qua sunt lanei
Cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis Cancellariæ Siradien
si et Magistris beneficiatis in Ecclesia Sancti Floriani & ducunt eam Cmethones
propriis curribus in horreum à Magistris locandum. Item decimam canapi non
solvunt. Item in Villa præfata non sunt Tabernæ, non sunt ortulaniæ, nec Prædium.

Mijuwystka. Villa sub Parochia Ecclesiæ de Szczythy sita. Cujus proprietas &
dominium ad Hyncza de Rogow Nobilem de armis et Familia Dziatosza pertinet.
In qua sunt decem lanei Cmethonales, de quibus pro decima manipulari solvitur siligo.
et solvitur de tota Villa pro decima, quilibet laneus tres choros, siliginis. Item non
est in eadem Villa Prædium, non est Taberna, non est Ortulania, Item de duobus
laneis Villæ præfatæ solvitur Ecclesiæ in Trebaczow decima siligine.

Schczythy Villa habens in se Ecclesiam Parochialem ligneam. Cujus proprie
tas ad Hyncza de Rogow, Nobilem de Domo & Familiæ Dziatosza pertinet. In qua
sunt tredecem lanei Cmethonales, & de quolibet laneo dantur & solvuntur pro deci
ma sex grossi communis pecuniæ. Item Taberna non est. Item Ortulania una
Scoltetii. Item Prædium non est, Item est ibi Scoltetia habens agros duorum laneo:
rum, de quibus decima solvitur Ecclesiæ Parochiali ibidem in Szczythi Item Cme:
thones omnes solvunt meszne, Ecclesiæ Parochiali ibidem, quilibet de laneo per
tres choros avenæ, & per tres siliginis.

Decimæ manipulares Ecclesiæ Lanciciensis.

Cancellariatus quoq Lanciciensis Ecclesiasticus fuisse Magistratus verisimiliter
existimatur, quoniam totus in decimis manipularibus fundatus est. Neq villa
habet illam, aut fundum ex seculari sorte sibi attributum. Ipsius quoq prima:
rius ignoratur fundator. cur autem appellatur Lanciciensis Cancellariatus
non parva me habet admiratio, cum decimæ ejus non in Lanciciensi Terra, sed
in Sandomiriensi consistant, accidere autem poterat, ut sortes Ducatuum & Ter:
rarum aliter fuerant, quàm nunc limitatæ, & portio aliqualis terræ Sandomiriæ
quæ à Duce Lanciciensi nunc tenebatur ad titulum principalem referebatur. Ea:
rum quoq nomina et valorem pergemus describere.

Btogije Villa habens in se Parochialem Ecclesiam ligneam. Cujus proprietas
ad Abbatem et Monasterium Schutowiez pertinet. duabus quidem villis Okoli
na & Goyczow prope Opatow in Terra Sandomiriensi sitis, quas Monasterium

Schulkovien: à Vicentio Kadlubkonis de Kanow, tunc Praeposito Sandomiriensi, ex post verò Episcopo Cracoviensi Nobili de Domo Rosa donatus habuerat. In sortem Mona sterionum Sandomirien. velut propter distantiam longam parum fructuosis venditis. Casimirus secundus Poloniae Rex emere Monasterio Schulkovien. Villa Blogie, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo admisit. In qua sunt lanei Cmethonales de quibus solvitur decima manipularis Cancellariae Lanciciensi & Magistris in Ecclesia Sancti Floriani beneficiatis. Et inducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum à Magistris locandum. Item Decimam canapi solvunt per quatuor Penugas. Item Taberna. Item Praedia. Item hortulaniae.

Phoczek Villa sub Parochia Ecclesiae de sita. Cujus proprietas & dominium ad pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis Cancellariae Lanciciensi, et Magistris in Ecclesia Sancti Floriani beneficiatis. et inducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum à Magistris locandum. Itē Decima canapi solvitur per quatuor Penugas. Item Taberna. Item Hortulaniae Item Praedium.

Radomyja Villa sub Parochia Ecclesiae Parochialis de Blogie sita. Cujus proprietas et dominium ad Nobilem Felicem pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales de quibus omnibus solvitur decima manipularis Cancellariae Lanciciensi & Magistris beneficiatis in Ecclesia Sancti Floriani et inducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum à Magistris locandum. Item decima canapi solvitur de quolibet laneo per quatuor Penugas. Item Taberna. Item Hortulani Item Praedium.

Mnischkowo Villa sub Parochia Ecclesiae de sita. Cujus proprietas et dominium ad pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis Cancellariae Lanciciensi & Magistris beneficiatis in Ecclesia Sancti Floriani, et inducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum à Magistris locandum. Item decima canapi solvitur per quatuor Penugas. Item Taberna. Item Hortulaniae Item Praedium.

Jawor Villa sub Parochia Ecclesiae de sita. Cujus proprietas et dominium ad pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis Cancellariae Lanciciensi, et Magistris in Ecclesia Sancti Floriani beneficiatis et inducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum à Magistris locandum. Item Decimam canapi solvunt per quatuor Penugas. Item Taberna. Itē Hortulania Item Praedium.

Rabowa Villa sub Parochia Ecclesiae de sita. Cujus proprietas et dominium ad Nicolaum & Stanislaum Mnischkowski pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis Cancellariae Lanciciensi et Magistris Sancti Floriani, et inducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum à Magistris locandum. Item decima canapi solvitur per quatuor Penugas. Item Taberna. Item hortulaniae Item Praedium.

Konyszkije Villa sub Parochia Ecclesiae de Nawno sita. Cujus proprietas et dominium ad Mniszkowski pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis Cancellariae Lanciciensi et Magistris in Ecclesia Sancti Floriani beneficiatis, et inducunt eam Cmethones in horreum à Magistris locandum. Item Decima canapi solvitur per quatuor Penugas. Item Taberna Item Hortulaniae Item Praedium.

Trzebyathow Villa. Cujus proprietas et dominium ad Florianum Nicolai Mniszkowski pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis Cancellariae Lanciciensi et Magistris in Ecclesia Sancti Floriani

beneficiatis. et ducunt eam Cmethones in horreum à Magistris locandum. Item decima canapi solvitur per quatuor Jerugas. Item Taberna. Item Hortulania Item Praedium.

Zalanczkow Villa sub Parochia Ecclesia de Stawno sita. In qua est Haeres, ad cujus pro:prietatem et dominium praefata Villa pertinet. Nobilis Martinus Mniszkowski: In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis Cancella:riae Lanciciensi, et inducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum à Magistris locandum. Decima canapi per quatuor Jerugas solvitur. Item Taberna Item Hortu:lania. Item Praedium.

Pothok Villa sub Parochia Ecclesia de Stawno sita. Cujus proprietas et domi:nium ad Kurnaczki pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis Cancellariae Sancti Floriani, et inducunt eam Cmethones in horreum. Item Decimam canapi solvunt per quatuor Jerugas. Item Taberna. Item Hortulania Item Praedium.

Schyothkowicze. Villa, cujus Cmethones sub Parochiali Ecclesia Kuniże siti sunt. Una autem militaris unita, sub Parochia Ecclesia in Stawno. In qua sunt sex lanei Cmethonales. Item quatuor Hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis Cancellariae Lanciciensi et Magistris in Ecclesia Sancti Floriani beneficiatis. et ducunt eam Cmethones propriis curribus in horre:um à Magistris locandum. Item Decimam canapi solvunt per quatuor Jerugas. Item in eadem villa est Taberna, sed non habet agros. Item Villae praefatae est unius Haeres Andreas Nobilis de armis Prusi. et habet unicum praedium in eadem Villa de cujus agris solvit decimam manipularem in Biale brzegi.

Kunicze. Villa habens in se Ecclesiam Parochialem ligneam. Cujus Haeredes Petrus Praepositus Sandecensis et Laurentius Panlus. Nicolaus Droszel Nicolaus Poljan, Paulus Brzeski Nobiles de domo Burcza. In qua sunt lanei Cmetho:nales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis Cancellariae Sancti Floriani et Magistris beneficiatis. et ducitur in horreum à Magistris locandum. Item decima canapi, Item Taberna. Item Hortulani Item Praedium.

Lubieszow Villa habens in se Ecclesiam Parochialem ligneam. Sanctae Katharinae et Nicolao dicat. Cujus proprietas et dominium ad Hieronymum Bernardinum Joannem Bartholomaeum Job, et Martinum Fratres, Nobiles de Domo Zembrzaglowa alter Wrzniawa. In qua sunt quatuor lanei Cmethonales, cum medio, de quibus solvitur decima manipularis Cancellariae Lanciciensi & Magistris in Ecclesia Sancti Floriani beneficiatis. Et ducunt eam Cmethones in horreum à Magistris locandum. Item Decimam canapi solvunt per quatuor Jerugas Item Taberna una habens agros, de quibus solvunt decimam manipularem in goni:twam pro Magistris. Item hortulaniae sunt ibi duae, una Haeredum, alia Plebani sed non habent agros, Item Praedium est ibi unicum, de cujus agris variatur decima, in tres partes, de unis Campis tollit Ecclesia in Lubieszow, de alteris mensa Archiepiscopalis Gnesnensis de tertiis Cancellatus Lanciciensis in Ponitwa.

Mroschowicz Villa sub Parochia Ecclesiae de Lubieszow sita. Cujus proprietas ad Hieronymum Bernardum Landotam Joannem Bartholomaeum Joannem & Martinum pertinet. praefatos Fratres. In qua sunt duodecim lanei Cmetho:nales, de quibus solvitur decima Cancellariae Lanciciensi, et Magistris in Ecclesia Sancti Floriani beneficiatis. Et ducunt eam Cmethones propriis cur:ribus in horreum à Magistris locandum. Item decima canapi solvitur per quatuor ierugas Item. Taberna duae habentes agros, de quibus solvitur de:

umalem Ponitwam. Item Hortulanie non sunt in eadem Villa. Item Praedium est unicum Joannis Bużkowski, de cujus agris solvitur decima in Ponitwam manipularis.

Buczek Villa sub Parochia Ecclesiae de Lubieszow sita. Cujus proprietas et dominium ad Joannem Nobilem de Domo Odrowąż pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales de quibus omnibus solvitur decima manipularis Cancellariae Lanciciensi et Magistris in Ecclesia Sancti Floriani beneficiatis. Et ducunt eam Cmethones in horreum a Magistris locandum. Item Canapi decima solvitur per quatuor Jugeras Item hortulaniae non sunt. Item Praedium unicum, de quo decima manipularis Ecclesiae in Lubieszow, Item Taberna non est aliqua in eadem Villa.

Dambya Villa sub Parochia Ecclesiae de Gansnicza sita. Cujus proprietas ad Serenissimum Poloniae Regem pertinet. In qua sunt sex lanei Cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis Cancellariae Lanciciensi et Magistris beneficiatis. Et ducunt eam Cmethones in horreum. Item Canapi decimam per quatuor Jugas. Item Taberna ibi una est, habens agros, de quibus decima manipularis in Ponitwam. Item hortulaniae non sunt aliquae, Item Praedium est ibi unicum, de cujus agris solvitur decima manipularis pro Ecclesia in Rzuszowice Parochiali.

Rzeczyca. Villa habens in se Parochialem Ecclesiam S. Catharinae dicatam. Cujus proprietas et dominium ad Serenissimum Poloniae Regem pertinet. In qua sunt duo lanei Cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis Cancellariae Sancti Floriani et Magistris beneficiatis. et ducunt eam Cmethones propriis curribus in horreum a Magistris locandum. Item decima canapi solvitur per quatuor iugeras Item Tabernae quatuordecem Regiae. Taberna sex Plebani, de quibus decimatur Plebano et Ecclesiae in Rzeczyca. Item Hortulaniae tres habentes agros, et de omnibus Ecclesiae in Rzeczyca decimatur. Item Praedium est ibi unicum, de cujus agris solvitur decima manipularis Ecclesiae et Plebano in Rzeczyca Item Plebanus habet quatuor ibi laneos, de quibus percipit censum et decimam.

Lubochnia minor Villa sub Parochia Ecclesiae de majori Lubocnia sita. Cujus proprietas et dominium ad Serenissimum Regem Poloniae pertinet. In qua sunt una cum Lubochnia majori centum lanei Cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis Cancellariae Lanciciensi et Magistris in Ecclesia Sancti Floriani beneficiatis. Et solvunt eam Cmethones grossis novem Magistris de laneo. Item decima canapi non solvitur per quatuor iugas. Item Tabernae non sunt, Item hortulaniae non sunt. Item Praedium non est in eadem Villa.

Lubochnia major Villa habens in se Ecclesiam ligneam Parochialem S. Mariae Assumptioni dicatur. Cujus proprietas et dominium ad Serenissimum Poloniae Regem pertinet. In qua sunt lanei centum Cmethonales, una cum Lubochnia minori, de quibus solvitur decima pecunialis Cancellariae Lancicien et Magistris in Ecclesia Sancti Floriani beneficiatis, de quolibet laneo per novem grossos communis pecuniae. Item in eadem Villa sedecem Tabernae Regiae habentes agros. et de tredecem solvitur decima pecunialis. Magistris, de tribus vero decima manipularis Ecclesiae in Lubochnia Item Hortulaniae tres habentes agros, et de omnibus datur decima manipularis Ecclesiae in Lubochnia. Item in eadem Villa Curia Regalis et praedium amplum, de cujus agris solvitur decima manipularis ibidem Ecclesiae Parochiali in magna Lubochnia. Item Ecclesia Parochialis in Lubochnia, habet unum laneum Cmethonalem, qui solvit ei censum et decimam manipularem Item habet proprios agros, quos colit pro suo Praedio. Item est Scoltetia in eadem Villa quae habet duos laneos pro Praedio. Item habet quatuor laneos Cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis Ecclesiae in Lubochnia. Molendinum est unum, sed

non habet agros. Item curia Regia occupat multos laneos et agros Cmethonum decimam, de quibus sibi usurpat decimam.

Przedbor In Oppido Przedbor ad fluenta fluminis Pilcza. sito Gnesenß Dioecesis Terrae Sandomirienß sito. Quod habet in se Ecclesiam muratam lapide, & ad proprietatem Serenissimi Dñi Regis Poloniarum pertinet, habuit & habet Cancellaria Lanciciensis Theloneum integrum ad sui pertinens fundum, et dotem, quod nunc Magistri percipiunt beneficiati Ecclesiae Sancti Floriani.

Theloneum autem praefatum summarie convenit. Item arendatur. Dominus autem Thelonei obligatur ad reformationem veterum, et ad constructionem novorum, pontium trans flumen Pilcza.

Cancellaria Posnaniensis.

Quamvis Cancellaria Posnaniensis ex eadem vetustate et respectu juxta atque duae priores Siradiensis videlicet et Lanciciensis fuerit à Principibus Poloniae instituta et dotata, ut videlicet Princeps Posnaniensis, sive majoris Poloniae haberet Cancellarium et suae Cancellariae Rectorem, Nec in hac parte aliis Principibus Poloniae posset inferior censeri. Aliam tamen habebat qualificationem, Priores enim duae Cancellariae in viros saeculares conferebantur. Haec vero Posnaniensis nonnisi in Ecclesiasticam personam poterant conferri; quae et ad pntationem Ducis majoris Poloniae provisionem accipiebat, ab Episcopo et Installationem in Ecclesia à Capitulo Posnanß. Quis autem praefatae Cancellariae Posnanie fuerit fundator, et dotator incertum habemus, pro certitudine tamen suae qualificationis Cancellarius ipse à Magistris praesentandus, in qualibet vacatione et instituitur ab ordinario, et installatur à Capitulo.

Proventus Cancellariae Posnaniensis.

Plynno parva. Villa sub Parochia Ecclesiae de sita. Cujus proprietas et dominium ad primarium fundum Cancellariae Posnanienß. Cujus Haeredes sunt Villae Magistri Universitatis Crac. beneficiati in Ecclesia Sancti Floriani. In qua sunt sex lanei Cmethonales, et de quolibet Cancellariae Posnanß sive Magistris beneficiatis Ecclesiae Sancti Floriani pro censu annuo solvuntur duae marcae duoque pulli. Item in eadem Villa pratum Curiale seu Praediale, de quolibet solvitur. Item est in eadem villa laneus Curialis de quo solvitur Item in eadem villa sylva.

Schewcze. Villa sub Parochia Ecclesiae de sita. Fundus aliter Posnanß Cancellaria cujus proprietas et dominium ad Cancellariam Posnaniensem, et ad Mgros in Ecclesia Sancti Floriani beneficiatos pertinet. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus pro censu annuo solvuntur triginta tres mensurae siliginis, et sedecim mensurae avenae, Posnanienß mensurae. Item est in eadem Villa praedium curiale, quod arendatum solvit duas sexagenas communis pecuniae. Item est in eadem Villa pratum Curiale, quod arendatum solvit duas sexagenas Cancellariae Posnanß. Item Villa praefata consignat Item Decima post laneos Cmethonales villae praedictae.

Rzez. Villa ante Posnaniam sub Parochia Ecclesiae Sancti Joannis Ordinis Johannitarum sita. In qua sunt lanei Cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis Ecclesiae Posnaniensi & Mgris Sancti Floriani beneficiatis, et inducunt eam Cmethones in horreum à Mgris locandum. Item Decima canapi, Item Tabernae, Item hortulaniae, est etiam in eadem Villa praedium Regium, de cujus agris solvitur decima. Item quilibet Cmetho de laneo pro jure Parochiali; quod Poloni vocant meszne, solvit Ecclesiae Sancti Joannis, et ejus Rectori duas mensuras tritici, duas siliginis, duas avenae, Item Proprietas et dominium ad Serenissimum Poloniae Regem pertinet.

Zawichosth.

Notandum quod Decima manipularis in Oppido Zawichosth de viginti quatuor

laneis Oppidanorum pertinebat et pertinere debet, ad Custodiam Sancti Floriani a sui fun: datore, Morte tamen Strzemierze de Chrzelow Custodis Sancti Floriani secuta, decima Zawi: chosten. praefata, coaequatis beneficiis S. Floriani redacta fuit in usus communes.

Zawichosth Oppidum. In Terra Sandomiriensi et ad Fluvium Visla consistens. Cu: jus proprietas et dominium ad Sanctimoniales de Sancto Andrea in Cracovia pertinet. In qua quondam fuit primaria eadem fundatio, seu locus sub duabus Parochiis, scilicet Sanctae Trinitatis & Sanctae Mariae Virginis, Magna quidam Colonia, nunc vero ignobi: le Oppidum. In quo sunt quadraginta quatuor lanei Oppidanorum, de quibus omnibus sedet de hortis, si seruntur in eis Campestria semina, solvitur decima manipularis. Perceptio tamen ejus diversificatur. Nam post viginti laneos tantummodo laneos solvitur decima manipularis Ecclesiae Sanctae Trinitatis Parochiali in Zawichost. et non tenentur eam Oppidani propriis curribus inducere in horreum Plebani Sanctae Trini: tatis, sed Plebanus Sanctae Trinitatis eam suis curribus in suum horreum inducit. Item ad solutionem decimae canapalis non tenentur. Item de residuis laneis videlicet, viginti quatuor solvitur decima manipularis Magistris beneficiatis in Ecclesia Sancti Floriani, tam de hortis, quam de agris, et per Oppidanos non ducitur in horreum a Magris locandum, sed Custos Sancti Floriani aut Magistri tenentur eam propriis curribus aut sumptibus conducere. Ex pacto tamen solvunt Oppidani duodecim marcas. Item In eodem Oppido Zawichost est Praedium Regium, in tres Campos divisum, de cujus agris solvitur decima manipularis Ecclesiae Parochiali Sanctae Mariae in Zawichost.

Septennio a fundatione Studii Universitatis Cracoviensis. & a tempore, ex quo coaequatio Beneficiorum Ecclesiae Sancti Floriani Magistris.

Ex studio perpetuo per Vladislaum secundum Poloniae Regem incorporatum secuta est, nondum elapso magnum murmur, & querela inter Doctores & Magistros primos Ecclesiae Sancti Floriani, Praelatos et Canonicos exortum est, quod tenui corpore et dote, beneficia eorum post coaequationem viginti videlicet tantummodo marcis foret provisi: censu, quae tam languido, sub quo lectionum et beneficiorum cogebantur portare, et im: plere onus plurimum gravaretur. Petrus Wysch de Radolina Episcopus Crac. Anno Domini millesimo quadringentesimo septimo, eorum querelis stimulatus, data commis: sione et negotio Joanni Szczepanowicz de Lunicze Custodi et Vicario in spiritualibus & temporalibus Episcopatus Cracoviensis et Otthoni Scholastico Cracovien. ut qualificati: one rei diligentius inspecta, quod e Republica & Ecclesiae Sancti Floriani et Univer: sitatis profectu nossent, providerent, mandavit. Quorum decreto etiam inscriptum redacto vetus ordinatio in totum abrogata est, et nova sub his conditionibus et Capitulis instituta, ut videlicet quilibet Magister et Doctor in Ecclesia Sancti Floriani benefici: atus. triginta marcas communis pecuniae annis singulis percipiat. Sexdecem videlicet et pro corpore, ita ut dentur cuilibet quatuor marcae pro quatuor temporibus, si tamen le: + ctiones eum concernent actu expleverit, et quatuordecem marcas pro refectionibus, si ta: men singulis diebus dominicis Ecclesiam Sancti Floriani personaliter visitaverit, ita: ut cuilibet visitanti pro quolibet die Dominico solvatur, aut absenti defalcetur festo, nisi forte aliquis aegritudine senio, praedicatione, aut veris intemperie, aut alio aliquo legitimo impedimento impediretur. Item ratione trium Cancellariarum videli: cet Siradiensis, Lanciciensis et Posnaniensis eidem Ecclesiae Sancti Floriani incorporatarum, tres constituuntur in eadem Sancti Floriani Ecclesia Cancellarii sive beneficiati sub qualificatione praescripta ex ipsorum quilibet pro corpore et refectionibus trigin ta marcas, si tamen pecuniarum facultas suppeteret habituri non tamen prius ad

perceptionem illorum admittendi. sed contenti esse debent Collegiaturis prioribus, nisi per
prius summa debita & neglecta Antiquis beneficiatis fuint persoluta. Caveriq maxime de:
bet, ne creatio novorum beneficiorum veteres in suis fructibus et censibus quomodolibet impe:
diat. Universis autem Magistris et Doctoribus ad Ecclesiam Sancti Horiandi sive ad
prisca sive ad nova beneficia promotis et promovendis ingeritur necessitas, ut in ea facul:
tate ad quam promoti fuerint diligenti studio Lectiones ad quas obligantur expleant. De:
cano autem Sancti Horiani pro tempore et regimine omnium bonorum Ecclesiam Sancti
Horiani concernentium in temporalibus et distributio pecuniarum, in singulos benefi:
ciatos, et cohertio in neligentes, et remissos committitur, pro labore et cura sex marcae illi
infra ceteres adjiciuntur. Item si aliqua summa ex Proventibus praefatis, salutis bene
ficiatis perpnus, et expeditis resultaverit, in fiscum communẽ redigenda est. et pro
refectione, constructione et qualibet Sancti Horiani ultima et urgenti necessitate conver:
tenda. Qua difficultate et Ecclesiae Sancti Horiani necessitate incumbente. Tenebuntur
beneficiati de suis privatis introitibus, ejus supplere structuras, aedificia et singulas
necessitates. Decernitur insuper, ut si altera omnia praemissa summa viginti marca:
rum annuatim ex Proventibus praefatis resultaverit, Et tunc Provisor ex hujusmodi
summa Magistro vel Doctori immediate promovendo, unam marcam singulis quatuor
temporibus largiatur. Si quis vero hujusmodi constitutionis temerarius transgressor
repertus fuerit. Sententia excommunicationis pellitur. quam si primo secundo tertio
admonitus contumaciter pertulerit, facultas privandi & spoliandi eum beneficio decer:
nitur. committitur et reservatur, ordinario pro tempore existenti. Instituit et aliam Or:
dinationem Albertus Jastrzembiecz Episcopus Crac. Anno Domini Millesimo Quadrin
gentesimo Vigesimo Secundo. In crastino Sancti Horiani de singulis rebus Ecclesiae
praedictae regulando illam in re divina, et horis diuturnis et nocturnis consentientibus
Sbigneo de Olesznica Praeposito Francisco Crzenswicz de Brega Decano, Sacrae Theo:
logiae Professore. Klemiersza de Grzelow Custode, Stanislao de Scarbimiria Decreto
rum Doctore, Joanne Gewczburg Nicolao Bandiszej Setka, de Borzikowa Canonico
Sancti Horiani. Ordinatio autem suprascripta authoritatis etiam ordinariae ra:
tificata Decreto: et si in plerisq articulis et conditionibus observetur illaesa In pluribq
tamen constat illam temeratam esse, primi enim Doctores & Magistri Ecclesiae Sancti
Horiani beneficiati receptis a Nobili foemina consortem Joannis Mansztyk de Dam:
browa Palatini Leopoliensis, quae erat mulier de Familia, et domo Caput Leonis alli
vomentis deferentem ducentis marcis latorum grossorum Pragensium ut duodecem
marcas census annui perpetui, quibus unus Collegiatus in Universitate Cracovie:
in artibus laboraturus solariaretur coemeret. Ejus proposito et voluntate neglectis
praefatas ducentas marcas latorum grossorum Pragensium diviserunt inter se, et
omne illud publicae utilitati demandatum. suis privatis usibus applicarunt. Ec:
clesiam vero Sancti Horiani, vel potius Universitatem Cracoviensem fecerunt pro
hujusmodi Collegiata, illicite tamen & injuste tributariam, & censum duodecem
marcarum pro annis singulis eidem ex communibus proventibus Sancti Hori:
ani deputarunt. In qua re univ sitas Cracoviae notabiliter gravata, praefata vero Spe:
ctabilis et devota foemina Manzikonissa suo voto fraudata est. Gravamen tam
enorme perferens annis jam prope septuaginta, in magnum praejudicium Fundato:
ris auctoritate & decreto Episcopi Cracovien qui Cancellarius est Universitatis Cra:
covien merito rescindent. Cujus Culpa et negligentia hactenus fuit toleratum.

Canonia nova de Cancellariatu Siradiensi facta seu cre:

ata in Ecclesia Sancti Floriani

Item Praebendam novam in Ecclesia Sancti Floriani de Corpore Cancellariatus Sira: diensis creatam. habet nunc Magister Nicolaus de Staw, Baccalaureus Theologiae formatus. quae pro sui fundo et dote habet triginta marcas communis pecuniae, tali conditione & ordine quemadmodum de priscis Canoniis scripsimus qualificatas, ita videlicet ut habeat pro corpore suo sexdecem marcas, pro refectionibus vero si intere: rit Divinis Dominicis diebus, habeat quatuordecem marcas. Et confirmationem accipit ab Episcopo Cracoviensi, Installationem vero in Ecclesia Sancti Floriani et triginta marcae solvuntur ei de omnibus Proventibus. Haec autem nova Ca: nonia non habet Vicarium.

Canonia altera nova in Ecclesia Sancti Floriani ex Cancellariatu Lanciciensi creata.

Praebendam novam in Ecclesia Sancti Floriani de corpore Cancellariatus Lancicien: creatam, habet nunc Jacobus M. de Boxicza, Licenciatus in Medicinis & Bac: calaureus Sacrae Theologiae, quae pro sui fundo & dote habet triginta marcas communis pecuniae, Tali conditione et ordine, quemadmodum de priscis Ca: noniis scripsimus qualificatas. Ita videlicet ut habeat pro corpore suo sexde: cem marcas. Pro refectionibus vero si interenit divinis Dominicis diebus habe at quatuordecem marcas. Et confirmationem accipit ab Episcopo Cracoviensi. Installationem vero in Ecclesia Sancti Floriani, et solvuntur ei triginta marcae de omnibus Proventibus. Haec autem nova Canonia non habet Vicarium.

Tertia nova Canonia in Ecclesia Sancti Floriani ex Cancellaria Posnaniensi appellat.

Item Tertiam novam Canoniam in Ecclesia Sancti Floriani creatam. Quam Can: cellariam Posnaniensem nominat. Habet eam Magister, quae etsi pro sua dote et fundo juxta ordinationem & statuta Universitatis triginta marcas ex omnibus proventibus ei dandas, ex quodam tamen abusu vel defectu non habet nisi marcas. Et confirmationem seu Provisionem ab Episcopo accipit Posnaniensi Item praefata Tertia Canonia seu Cancellaria Posnan. n habet Vicarium.

Collegiatura Nobilis Matronae Catharinae Haeredis de Mazykowysczc

Consortis Ioannis Manzik de Dabrowa Matronae Nobilis de Domo & Fami lia flammarum, quae caput Leonis flammam eicentis in campo caelestino defert pro insigni

Item Collegiaturae Mazykowiscze et ejus Collegiato pro tempore solvuntur duo: decem marcae communis pecuniae ex omnibus proventibus Ecclesiae Sancti Flo: riani. haec tamen solutio duodecem marcarum dictae Collegiaturae per injuriam introducta est. Nec ad eam Universitas obligat et cum suo publico gravamine illam solvit. Cum praefata Matrona Mazykowska ad eundem Censum pro suo Collegiato ducentas marcas latorum grossorum dederit. quae a Magistris et Do: ctoribus primis beneficiatis Sancti Floriani in privatos usus fuere conversa.

Bursa Pauperum Artistarum per Doctorem Isnerij fundata in platea Visnene.

Item Bursa Pauperum Artistarum in Platea Vislene in acie sita. a Doctore Nicolao Isneri fundata. Cujus medietatem pro majori parte etiam cum area contigua cum aliis esse fatida et stricta. Ioanne Senior Dlugosch Canoni: 2

cuis Cracoviensis muro coctili & coemptione vicinae lapideae ampliavit. Habet Censum Duodecem marcarum annis singulis de omnibus proventibus Ecclesiae Sancti Floriani.

Ex Libro Beneficiorum Ecclesiae Cathedralis et Dioec. Cracoviens. desumpt. Sigilloq V. Capituli ejusdem Ecclesiae communitum.

Status Ecclesiae S. Flori-
ani ex Libro Beneficiorum

Ano

In Nomine Domini Amen.

Incorporatio Jurispatronatus Praepositurae S. Floriani, ejusdemq Proventuum Universitati Cracovien. per Serenissimos Sigismundum Augustum & Stephanum, Reges Poloniae.

Ad perpetuam rei memoriam. Stephanus DEI gratiâ Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Pomeraniae, Samogitiae, Podlachiae, Livoniae, necnon Terrarum; Cracoviae, Sandomiriensis, Lovicien. Culmen. Elbingen. Princeps Transylvaniae. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest, universis & singulis nunc & in posterum futuris. Quia Nos postquam Divina benignitate, per quam Reges regnant, & Conditores Legum justa decernunt, hujus longissime latissimeq patentis Regni gubernacula Regia ex Omnium Ordinum consensu suscepimus, statim muneris & Officij Nostri Regij esse judicavimus, omnibus & singulis Regni ejusdem & Reipublicae partibus quocunq modo afflictis quam primum succurrere & benignitate atq liberalitate Nostra Regia, quantumcunq in Nobis situm esset, subvenire. Quoniam vero inter partes Regni hujus & Reipublicae Nostrae utilis & necessaria pars est Universitas Cracovien. tanquam Seminarium omnium virtutum ac doctrinarum, in medio Regni plantatum ad uberrimos fructus in omnes reliquas ejusdem Regni partes producendos, temporum tamen iniquitate propter tenues reditus, steriles Proventus in eisdem fructibus producendis decrescere cum magno tam Ecclesiasticae quam politicae Reipublicae detrimento incepit, eidem ut auxiliares manus primo quoq tempore porrigeremus, solliciti fuimus. Quamobrem diligentius Nobiscum & cum Consiliarijs Nostris expendentes, quanam ratione interim, dum gravissimis & periculosissimis Reipublicae negotijs distinemur, hoc praestare possemus, occasionem per supplicationem Rectoris & Seniorum Patrum Universitatis praedictae Nobis datam libenter accepimus. Qua quidem supplicatione à Nobis cum debita reverentia postularunt, ut donationem, incorporationem, invisceratio-nem Jurispatronatus Nostri Regij ad Praeposituram Ecclesiae Collegiatae S. Floriani in Kleparz per Serenissimum olim Sigismundum Augustum Praedecessorem Nostrum eidem Universitati pro commodiori ipsius sustentatione in perpetuum factam, Authoritate & munificentia Nostra Regia confirmare & ad effectum multo jam tempore desideratum, sed hactenus impeditum deducere dignaremur. Cujus quidem donationis & Incorporationis tenor sequitur talis -- In Nomine Domini Amen.

Ad perpetuam

Ad perpetuam rei memoriam. Cum Christianis Regibus & Principibu[s]
hoc maximè conveniat, ut Dei Optimi Maximi Laudem & gloriam, qua[n]-
tum in ipsis est promoveant, cultumq[ue] Nominis Ejus augeant, ut Ejus
clementiâ Regna & Dominia sua stabiliant, cujus beneficio regnare &
imperare cœperunt. Quamobrem Nos Sigismundus Augustus Dei gra-
tiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, necnon Terrarum Cracovi[æ]
Sandominiæ, Siradiæ, Cujaviæ, Lanciciæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ,
Samogitiæ, Culmen[sis], Elbingen[sis], Pomeraniæq[ue] &c. Dominus & Hæres.
Significamus p[rae]sentibus Literis, quorum interest, universis, qui nunc sun[t]
quiq[ue] postea futuri sunt. Quòd Nos pro Nostra Regia in homines studio-
sos liberalitate & clementia ac in Collegium Cracovien[se] Antecessorum
Nostrorum Divorum Poloniæ Regum exemplo Paterno plane studio, tum
& Serenissimæ olim Principis Dominæ Barbaræ de Illustri Radzivilor[um]
Domo Conjugis Nostræ charissimæ intercessione ad Nos pro Collegio eode[m]
dum adhuc viveret, diligenter facta adducti, eidem Collegio Cracoviensi
Præposituram S. Floriani in Civitate Nostra Clepardien[si] consisten[tem] un[a]
cum Jurepatronatus Nostro Regio ejusdem Præposituræ dandam ac con-
ferendam, ac eidem Collegio incorporandam, uniendam et inviscerandam
duximus, damusq[ue] conferimus, incorporamus, unimus & invisceramus p[rae]sent[i]-
[bus] Literis Nostris temporibus perpetuis, volentes & consentientes, ut omnes &
singuli proventus & reditus Præposituræ p[rae]fatæ unà cum Jurepatronat[u]
ejusdem per R[eveve]ndissimum in Chr[ist]o Patrem, D[omi]num Andream Zebrzydows[ki]
Episcopum Cracovien[sem] modernum & alium pro tempore existentem p[rae]dicto
Cracovien[si] Collegio incorporetur, uniatur, inviscereturq[ue]. In cujus Præposi-
turæ reditibus percipiendis à nemine Subditorum Nostrorum status & Condi-
tionis cujuscunq[ue] Collegium p[rae]fatum impediri debebit, sub Nostraq[ue] Regia
& Successorum Nostrorum Regum Polonorum protectione tam Juris pa-
tronatus quàm reditus ejusdem Præposituræ erunt temporibus perpetuis.
Proventus verò ejusdem Præposituræ, provisa, Præposito ex Canonicorum
S. Floriani delecto & pro tempore deligendo, sufficienti contributione, Colle-
gium p[rae]fatum pro se tollet ac in usus suos, juxta Ordinationem R[evere]ndissimi
D[omi]ni Episcopi Cracovien[sis] convertet temporibus perpetuis. In cujus rei
fidem & testimonium manu Nostra præsentibus subscripsimus & Sigill[um]
Nostrum appendi mandavimus. Datt. Piotrcoviæ in Comitijs Regni Ge-
neralibus ipso die Conversionis Pauli sacro. Anno D[omi]ni, Millesimô,
Quingentesimô, Quinquagesimô Nonô. Præsentibus, R[evere]ndissimo
& R[evere]ndis in Christo Patribus D[omi]nis: Joanne Przerembski Archiepiscopo
Gnesnen[si], Legato Nato, & Regni Poloniæ Primate ac ViceCancellario.
Andrea Zebrzydowski, Cracoviensi, Jacobo Uchański Cujaviensi,

Andrea —

Andrea Noskowski Plocenę, Episcopis. Necnon Magnificis, Generosis,
& Venerabilibus, Joanne Comite in Tarnow Castellano Cracovienę, Exerci-
tuum Regni Nostri Supremo, ac Strienę, Lubaczoviensis Capitaneo. Mar-
tino de Zborow Posnanienę, Szydlovienę, Stobnicenę, Odalanovienę Capitaneo,
Spithkone Jordan de Zakliczyn, Sandominienę ac Premislienę, Camenecensis
Capitaneo, Andrea de Kościelecz Callisienę & Bidgostienę, Pizdrenę Capitaneo,
Janusio de eadem Koscielecz Siradienę Majoris Poloniæ Generale, Naklen-
sis Capitaneo, Bartholomeo Zebrzydowski Brestenę, & Capitaneo Di-
bovienę, Joanne de Mielecz Podoliæ, Supremo Regni Nostri Marschalco
ac Samborienę, Grodecenęs Capitaneo, Alexandro Jłowski Plocenę, Sta-
nislao Lawski Masoviæ, Andrea de Gulczevo Ravenę & Capitaneo
Plocenę. Palatinis Georgio Konarski Callisienę, Nicolao Trzebuchowski
Gnesnenę, Cubiculi Nostri Prefecto, ac Brzestenę Rogoznenę Lelovienęs
Capitaneo, Stanislao Lassocki Lencicienę, Joanne Krotowski Jnovladi-
slavienę, Stanislao Herbuth de Fulsthin Leopolienę, Floriano Zebrzy-
dowski Lublinenę & Capitaneo Thysoviecensi, Joanne Lutomirski Ra-
vensi, Curiæ Nostræ Thesaurario, Burgrabio Cracovienę ac Lanciciensi,
Radomiensis Capitaneo, Valentino Dembiński Sandecenę, & Capitaneo
Spczynensi, Stanislao Zawichostenę de Tarnow Regni Nostri Thesaurario,
ac Siradienę, Ostrzeszovienę Capitaneo, Joanne Sierakowski Landenę
Curiæ Nostræ Referendario ac Predecenę Capitaneo, Andrea Bziczki
Chełmenę, Nicolao Lutomirski Czechovienę, Stanislao Gomolinski Ro-
spirienę, Christophero Myszkowski Oświecimenę, Stanislao Dunin
de Ujazd Jnovlodenę, Joanne Warszawicki Varsavienę, Valentino
Nadarzyński Visnenę, Francisco Russocki Vissogrodenę, Stanislao
Lesznowolski Czechanovienę Castellanis, Joanne Ocziełski Regni No-
stri Cancellario, Cracovienę Generale Oświecimenę, Zatorienę, Sandecenę,
Olstnensis Capitaneo, Stanislao Myszkowski de Myrow Structore
mensæ Nostræ ac Mariebugenę Ruthnensis Capitaneo, Philippo
Padniewski Gnesnenę & Lencicienę Archidiacono & Canonico Craco-
vienę, Stanislao Karnkowski Curiæ Nostræ Referendario & Gnesnenę
Canonico, Adamo Konarski Preposito Posnanienę, Alberto Starostrzeb-
ski Cantore Cracovienę, Archidiacono Dobrzynenę & Canonico Plocenę,
Nicolao Wolski Preposito Plocenę & Custode Cracovienę, Petro Myszkowski
Scholastico, & Gnesnenę. Cracovienę, Posnanienę, Andrea Przeremski
Canonico, Stiborio Krzyżkowski Scholastico Vladislavienę & Canonico
Cracovienę, ac alijs quam plurimis fide dignis Secretarijs, Officialibus &
Aulicis Nostris circa Premissa existentibus. Datum per manus prefati

Rndssmi

Rndsmi in Christo Patris Domini Joannis Przerembski, Archiepiscopi Gnesnens. Legati Nati & Regni Poloniae Primatis ac Vicecancellarij. Sigismundus Augustus Rex Sst. Quam quidem praeinsertam ejusdem Praepositurae Ecclesiae S. Floriani in Klepar Iurispatronatus Nostri donationem in perpetuum per Serenissimum olim Sigismundum Augustum Praedecessorem Nostrum eidem Universitati ita uti praemissum est factam & Nobis salvam, integram manu Suae Majestatis subscriptam & Sigillo Regni communitam, atq nullam suspicionis notam habens, exhibitam Nos quoq Rex Status ad intercessionem Consiliariorum Lateri Nostro assidentium pro Universitatis Nostrae Cracoviens incremento, & commodiori sustentatione Professorum ipsius, ratam, gratam & firmam habentes, eandem approbamus, confirmamus ratificamus, & motu etiam proprio eandem Praeposituram Ecclesiae Collegiatae S. Floriani in Klepar cum Iurepatronatus Nostro, eidem Universitati Nostrae Cracoviens incorporamus & invisceramus exnunc & in perpetuum. Et quamprimum eadem Praepositura per cessum vel decessum Venerabilis Petri Posnaniens Medicinae Doctoris & Canonici Ecclesiae Cathedralis Cracoviens moderni ejusdem Praepositurae Possessoris & deinceps pro tempore existens Praepositi vacaverit; Praefatae Universitatis Rector & Magistri Omnium Facultatum unum ex suo numero Professorem secundum Ordinationem Serenissimi Regis Sigismundi Augusti Praedecessoris Nostri liberam & à nemine impediendam potestatem Loci Ordinario praesentare & Institutionem legitimam petere habebunt, eamq obtinere debebunt toties, quoties hanc eandem Praeposituram per cessum vel decessum aut aliam quamcunq causam vacare contigerit, hac tamen conditione adjecta, ne quotiescunq eandem Praeposituram per cessum vel decessum Possessorum vacare contigerit per senium inter Professores observari solitum, conferatur, sed illi qui maxime interim meritus fuerit in profitendis Lectionibus, in expediendis Disputationibus & in promovendis tam publicis quam privatis studijs in eadem Universitate. Quam quidem donationem, incorporationem & confirmationem Nostram atq Praeposituram praefatam cum ipsius omnibus bonis mobilibus & immobilibus atq quibusvis redditibus omnibus in protectione & defensione Nostra & Successorum Nostrorum retinebimus, & impedimenta domestica & externa, si quae aliquando evenerint Authoritate Nostra submovebimus perpetuis temporibus. In cujus rei fidem & firmius testimonium manu Nostra praesentibus subscripsimus & Sigillum Nostrum appendi mandavimus. Datt Cracoviae in Conventione Senatorum in gravissimis Reipublicae negotijs facta, Feria Sexta post Festum Immaculatae Conceptionis Gloriosissimae Virginis --

Virginis Mariae Annô Domini, Millesimô, Quingentesimô, Septua-
gesimô Octavô. Praesentibus Reverendis, Illustribus, Magnificis, Gene-
rosis ac Venerabilibus, Petro Myszkowski de Myrow Cracovien., Sta-
nislao Karnkowski Vladislavien. & Pomeraniae Episcopis, Valentino
Dembinski de Dembiany Castellano Cracovien., Petro Zborowski Palatino
ac Generali Cracovien., Lobricen. Capitaneo, Gaspare Zebrzydowski
Callisien., Petro Smerzynski Junovladislavien., Joanne Tarlo à Szczeka-
rzowice Lublinen. & Capitaneo Pilznen., Andrea Comite in Tęczyn Bel-
zen. Palatinis, & Oswiecimen., Zatorien., Lubbieszovien. Capitaneo,
Eustachio Wołowicz Castellano Trocen. M. Ducatus Lithvaniae Vicecan-
cellario & Brzesten., Cobrzynen. Capitaneo, Stanislao Szafraniec à Piesko-
wa Skała, Sandomirien. & Lelovien. Capitaneo, Joanne Zborowski Gnesnen.
& Exercituum Curiae Nostrae Praefecto, Odolanensiq. Capitaneo, Stanislao
Stadnicki de Zmigrod Sandecen., Nicolao Lisza à Bobek Vislicen.,
Becen. & Zydaczovien. Capitaneo, Nicolao Fierley de Dambrowica,
Becen. Casimiriensiq. Capitaneo & Referendario Nostro, Joanne Siemien-
ski Zarnovien., Christophoro Lanckoronski Malogosten., Joanne de
Cryzow Polanecen., Laurentio Spythek Kumorowski de Zywiec Oswie-
cimen. Castellanis, Andrea Opalenski de Bnin Mareschalco Regni No-
stri ac Majoris Poloniae Generali, Joanne Zamoyski de Zamoscie Regni
Nostri Cancellario ac Belzen., Knismen. Zamechensiq. Capitaneo, Joanne
Borukowski Praeposito Lancicien., Decano Varsavien., Canonico Cracovien.,
Regni Nostri Vicecancellario, Hieronymo Buzenski de Buzenin Regni
Poloniae Thesaurario, Brzeznicensiq. Capitaneo, Hieronymo Comite à Rozrażow
Praeposito Plocen., Canonico Vratislavien. & Regni Nostri Majore Secre-
tario, Stanislao Olszowski Cantore Gnesnen., Scholastico Sandomirien.
Canonico Cracovien., Referendario Nostro, aliisq. quam plurimis Consilia-
riis, Secretariis, Dignitariis, Officialibus & Aulicis Nostris ad praemissa
existentibus. Datum per manus praefati Magnifici Joannis Za-
moyski Regni Nostri Cancellarii. Stephanus Rex, manu propria.

(Locus Sigilli pensilis Majoris Regni Poloniae)

Jurispatronatus

x

Jurispatronatus Præpositure S. Floriani, ejusdemq Proventuum per Serenissimos, Sigismundum Augustum, & Stephanum, Reges Poloniæ Universitati Cracoviensi incorporatorum, per Serenissimum Sigismundum Tertium Authoritate totius Reipublicæ Polonæ ratificatio. 18

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. — — —

Sigismundus III. Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ Livoniæq, necnon Regni Sveciæ proximus Hæres & futurus Rex. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest universis & Singulis. Quod cùm Academiam Cracoviensem ac omnes qui in ea honestissima Studia tum profitentur, tum discunt singulari benevolentia Nostra complectamur, tum verò admittendum etiam Nobis esse intelligimus, ut eam ipsam, ac qui in ea nomina dederunt & precipuo Patrocinio tueamur, & benignitate foveamus & deniq munificentia liberalitateq conservemus. Est enim Nostri Officij, & monumentis hoc DD. Decessorum Nostrorum è quibus sangvinem ducimus perpetua cura tueri & conservare, & verò rectissimam in eo operam beneficentiamq Nos esse collaturos videmus, ex quo summa in Rempublicam ornamenta redundant. Ea enim nulla resplendet magis & efflorescit, quàm Civium virtute & doctrina, utrumq autem hoc ex illa preclara et virtutis & Sapientiæ officina promanat. Nam qui animum liberalem & ingenuum honestissimis disciplinis à prima ætate imbuit & expedivit, is deinceps & humanitate quadam singulari & summa constantia Officium in vita colit, & ad virtutem veramq gloriam studio fertur incitato & multa variarum rerum cognitione, Reipublicæ omni illius tempore Totaè deservit. Tales itaq Cives cùm permultos superioribus temporibus Academia Cracoviensis ediderit, atq etiam nunc fecundo partu procreet omnibus & Nostris & Reipublicæ beneficijs vicissim jure optimo est benignissima. Ijdem DD. Prædecessores Nostri Reges Sigismundus Augustus Avunculus & Stephanus, cui ita DEO volente successimus animadverterent, quo viris in Academia illa magno suo labore, magno publico commodo docentibus, qui in ea difficili Laboriosaq Provincia pertenuibus instructi reditibus, inimica omnibus preclaris conatibus inopia in eo curriculo docendi retardantur aliquid subsidij constituerent, Præposituram S. Floriani in Suburbio Cracoviensi in Clepardia omnesq illius fructus ad Universitatis Illius fructus adjungendam ac illi cum omnibus fructibus perpetuo tradendam censuerunt eamq rem uterq diplomatibus authenticis confirmarunt.

Quocirca—

Quocirca Nos non tantum Praedecessorum Nostrorum exemplum secuti, verum etiam Nostra sponte ac ipsorum etiam Nuntiorum Terrestrium impulsu per Generosum Martinum Chelmski Vexilliferum Cracoviens. ac ex illo Palatinatu Nuntium, eam istius Praepositurae S. Floriani incorporationem Authoritate hac totius Reipublicae ex consensu, tum Nuntiorum Terrestrium tum universi Senatus, Nostraq. certa voluntate profecta approbandam, confirmandam, ratificandamq. hisce Literis Nostris putavimus. Ac in vim rei perpetuae & immutabilis vigore hujus Conventus approbamus confirmamus & ratificamus, & eandem incorporationem iisdem omnibus punctis, clausulis & conditionibus quibus à DD. Decessoribus Nostris fuit instituta integram & inviolatam perpetuò volumus permanere. In cujus rei fidem praesentes manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni Nostri consignari jussimus. Datum Varsaviae in Conventu Regni Generali, Die duodecima Mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Nonagesimô, Regni verò Nostri Anno Tertio, Praesentibus Illustrissimis, Reverendissimis, Illustribus, Magnificis, Generosis ac Venerabilibus, Stanislao Karnkowski Archiepiscopo Gnesnens. Legato Nato & Regni Primate, Hieronymo à Rozdrazew Vladislaviens. & Pomeraniae, Bernardo Maciejowski Luceoriens., Alberto Baranowski Premisliens. & Regni Nostri Vicecancellario, Laurentio Goslicki Chelmens., Josepho Wereszczynski Kijoviensi Dei Gratia Episcopis & caeteris.

Dismembratio-

Dismembratio Proventuum Præpositure S. Floriani Authoritate Illustrissimi Loci Ordinarij.

Petrus Miskowski DEI Gratiâ Episcopus Cracoviensis.
Universis & Singulis quorum interest, aut quomodocunq interesse poterit,
notum facimus & ad indubitatam notitiam deducimus, quomodo coram Nobis
personaliter constituti Cracoviæ in Curia Nostra Episcopali Rndi & Vene-
rabiles Viri, Martinus Glicius Pilsnens, Ecclesiarum Cathedralium Cracoviens.
& Vratislaviens Canonicus, ac Almæ Universitatis Studij Gnalis Cracoviens
Rector, Stanislaus Pinceyius, Decanus Ecclesiæ Collegiatæ S. Floriani
in Kleparz Sacræ Theologiæ, Jacobus Gorski Metropolitanæ Gnesnens Archi-
diaconus & Cathedralis Ploceng Canonicus Jurisprudentiæ, Martinus Foxi
Medicinæ Doctores & in Universitate Cracoviens Professores publici nomine suo
& totius Universitatis recognoverunt in Convocatione ejusd Universitatis
per Rectorem ipsius legitimè & secundum consvetudinem per schedam facta
se cum scientia & præsentaneo consensu, Rndi Domini Stanislai Socolovij
Sæ Th. Dris & Præpositi Ecclesiæ Collegiatæ S. Floriani in Kleparz certam
dismembrationem proventuum & redituum ejusd Præpositure juxta mentem
& Privilegium Serenissimi Dni & Dni Stephani DEI Gratiâ Regis Poloniæ,
in pargameno descripto & Sigillo Majestatis communito atq manu propria
ipsius Serenitatis subscripto ex munificentia sua Regia Universitati
super eadem Præpositura & Jurepatronatus ipsi Universitati in perpetuum
concessum fecisse, cujus dismembrationis seriem Authoritate Ordinaria confir-
mandam approbandam & ratificandam Nobis ex Conclusionibus Universitatis
authenticè extractam obtulerunt in eum qui sequitur modum: Annô Domini,
Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Die Trigesima Mensis Augusti.
In Convocatione Universitatis per Rectorem ipsius facta conclusum est ex
omnium Professorum, omnium Facultatum unanimi consensu & deliberatione
matura & mutua cum Rndo Dno Dre Socolovio Præposito Eccliæ Collegiatæ
S. Floriani in Kleparz constituatur de dismembratione Proventuum ejusdem
Præpositure secundum mentem Sæ Mttis Regiæ & Privilegij tenorem, quæ qui-
dem deliberatio primum ad Universitatem, postea ad Rndissimum Dnum Epi-
scopum Cracoviens referatur. Ad eamq deliberationem & dismembrationem
deputati sunt Rndi & Venerabiles, Stanislaus Pinceyius Sæ Th. Doctor
& Decanus. Joannes Cureloviens Licentiatus, Martinus Clodaviens Senten-
tiarius & Cancus Ecclesiæ Collegtæ S. Floriani, Andreas Zielenski Decanus,
Nicolaus Cerviensko, Paulus Lodens Canonici Ecclesiæ Collegtæ Sæ Annæ
& Collegij-

& Collegij Majoris Collegæ, Adamus Viesnerz Senior Bursæ Pauper.
Petrus Porcinius Collegij Minoris Collega Artium Magistri per Magnif.
cum Dnum Rectorem Universitatis convocati: Qui quidem deputati fun-
bonis omnibus & Proventibus ejusdem Præpositure S. Floriani diligenter expo-
sis & supputatis post multos tractatus cum Rndo Dno Præposito præfato
& inter seipsos habitis, tandem ex unanimi consensu suo constituerunt
modum dismembrationis Proventuum talem Universitati præsenz: Imprim.
ut Rndus Dnz Præpositus protempore post cessum vel decessum moderni
Dni Præpositi futurus per Universitatem eligendus & Loci Ordinario præ-
sentandus percipiat omnes Proventus ejusdem Præpositure ex frugibus, fæno,
Censibus, pecoribus fructibus emolumentis ex Villis Bienczyce & Mawce
et ex hortulanijs circa Curiam Præpositi Clepardiæ provenienz & reliqu.
omnes, quibuscunq appellentur nominibus nullis exceptis. Ex quibus sin-
gulis Annis pro Festo Nativitatis Jesu Christi in manus Rectoris Uni-
versitatis protunc futuri sub quietatione Sigillo officij Ipsius obsignata
& manu propria subscripta dabit et in effectu numerabit florenos quadringen.
in polonica Moneta per mediam sexagenam computanz. Deinde ut omnia
onera præstari solita & expensas occasione limitum, Bonorum, Ecclesiæ quo-
S. Floriani & fabricæ Scholæ ipsius, Curiarum in Villis & in Præpositura
ædificationem ipsemet proprijs expensis sustineat et nihil ex Summa præ-
fata quadringentorum florenorum ad ejusmodi onera detrahat, sub pœna
Excommunicationis in eum per Rndmum Dnum Loci Ordinarium aut
ipsius Vicarium vel Officialem Gnalem Crac. simpliciter vel de plano ab
omni controversia & strepitu Juris in primo Trno si Summam totam & inte-
gram non solverit & onera præfata non sustinuerit declaranda. Ad quam qui-
dem Ordinationem Rndus Dnus Doctor Stanislaus Sokołowski Præpo-
situs modernus consensit & Universitas eandem acceptavit utq per Rndmum
Episcopum Crac. si ita Rndissimæ Paternitati Ipsius expedire videbitur
in perpetuum approbetur, & confirmetur, Dnus Rector Universitatis dili-
genter curabit. Ex Conclusionibus Universitatis Cracoviensz Stanislaus
Socołowius S. Floriani Præpositus præcedentibus omnibus interfuit, con-
sensit manu propria significat. Qua dismembratione sic descripta et ex
Conclusionibus Universitatis extracta per Nos lecta & diligenter revisa,
ne cuipiam in suo Jure præjudicaremus ante omnia Literas Nostras
in vim Cridæ dandas decernimus, Termino tandem in Literis fide præfixo,
juxta debitam executionem advenienz ad Instantiam & petitionem eorund.
Rectoris, Doctorum & Magistrorum Universitatis Cracoviensz per Procura-
torem Ipsorum cum Mandato Authentico et sufficienti Nobis exhibito

& Citatorum-

Opłata
roczna
flor. 400

& Citatorum Contumaciam accusantem pro debito & Officio Nostro ita ut sequitur in DEI nomine processimus. Actum in Bozęcin Die Lunae Sexdecima Januarij, prima Juridica post Octavas Epiphaniarum Domini, Annô Millesimô, Quingentesimô, Octuagesimo primô, Universitatis Cracovien. Collegij tanquam Patroni & Collatores veri & legitimi ac unici Praepositurae Eccliae Colltae S. Floriani in Kleparz principales, principaliter pro seipsis ac per ipsos coram Rndissimo in Christo Patre & Dno D. Petro Miskowski DEi gratiâ Eppo Crac. legitimè comparentes oblatis Literis Citationum in vim Cridae ab Auditorio suae Paternitatis ad Instantiam illorum contra omnes & singulos Jus aliquod & interesse ad certam dismembrationem Proventuum Praepositurae S. Floriani praefatae per Rndum D. Stanislaum Sokołowski ejusdem Praepositurae modernum Praepositum in Convocatione Universittis Crac. per Rectorem Ipsius legitimè prout Juris & consvetudinis est facta cum praedicta Universitate Cracovien. Anno, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Die verò Trigesima Augusti transactam compositam & ordinatam, Sigillo Universittis Cracovien. communitt, ac manu praedicti Dni Praepositi S. Floriani subscriptt, coram sua Paternitate productt, se habere putantes, & pretendentes emanatis, et ut approbet debite executis in haerens contentis earundem Literarum Cridae productis accusârunt Contumaciam eorundem pro die hodierna legitimè citatorum non comparentes, et in eorum Contumaciam petierunt dismembrationem Proventuum Praepositurae Eccliae Colltae S. Floriani in Kleparz per dictum Praepositum cum Universitte praedicta ubi memeratum est, factam, et authenticè reproducta juxta tenorem & continentiam illius Authenitate sua ordinaria approbari, ratificari, confirmari Decretumque perpetuae firmitatis interponi, ac id quod Juris est decerni. Et Rndissimus in Christo Pater & Dnus D. Petrus Miskowski DEI Gratiâ Episcopus Cracovien. praenominatam dismembrationem Proventuum Praepositurae praedictae S. Floriani in Kleparz per dictum Rndum Dnum Stanislaum Sokołowski, Ecclesiae ejusdem S. Floriani Praepositum cum Universitate Cracovien. Annô proximè praeterito Die verò Trigesima Augusti, ut supra memeratum est factam & transactam & coram sua Rndissima Paternitte ut praemissum est exhibitam et authenticè reproductam in Contumaciam omnium & Singulorum Jus seu interesse ad praenominatam dismembrationem eorundem Proventuum quomodolibet se habere putantium & praetendentes pro die hodierna legitimè Citatorum non comparentes, et intra horam solitam diutiq expectatorum dismembrationem Proventuum ejusdem Praepositurae verbo vel in scriptis non impugnantes neque eidem contradicentes, eam ipsam dismembrationem Proventuum Praepositurae praedictae S. Floriani in Kleparz ut memeratum est factam ibidem

in Judicio

in Judicio sue Paternitatis exhibitam juxta vim et tenorem earundem Literarum memoratarum, in omnibus illarum punctis, clausulis et conditionibus Authoritate sua Ordinaria, qua in hac parte fungitur, approbandam ratificandam & confirmandam duxit, prout approbavit, ratificavit & confirmavit; Decretumque suum desuper interposuit & perpetue firmitatis valituram decrevit, Presentibus ibidem Reverendis & Nobilibus Dominis Christino Drozdowski Archidiacono Ploceng. Curie Cancellario Joanne Gatczenski, Martino Skarszewski Cracovieng Canonicis, Andrea Strowski, Martino Grocholski, Joanne Falibowski, Martino Złotnicki & me Stanislao Manicecki Actorum Notario. Ex Libro Actorum Curie Reverendissimi in Christo Patris & Domini, Dni Petri Miskowski DEI gratiâ Episcopi Cracovieng extractum & Sigillo sue Paternitatis Rndissime communitum & obsignatum. Stanislaus Manicecki Actorum Curie Sue Rndissime Paternitatis Notarius. manu propria. Petrus Miskowski Episcopus Cracoviensis manu propria.

Locus Sigilli pensilis prememorati Illustrissimi Loci Ordinarij.

Approbatio

Approbatio Incorporationis Praepositurae S. Floriani, et Proventuum ejus Authoritate Sanctae Sedis Apostolicae Ordinatio.

Bernardus Miseratione Divina Tituli S. Joannis ante Portam Latinam S. R. E. Presbyter Cardinalis Maciejowski nuncupatus, perpetuus Episcopatus Cracoviensis Administrator, Dux Severiensis, ad Serenissimum Sigismundum Tertium Regem Poloniae & Sveciae, Regnumq Polonia Sanctissimi in Christo Patris & Domini Nostri Dni Pauli, Divinâ Providentiâ Papae Quinti & Sedis Apostolicae de Latere Legatus. Ad perpetuam rei memoriam. — Quae pro cultus Divini augmento ac Rerumpublicarum communi bono piorum Principum liberali largitione largiuntur; Ea Sedes Apostolica pro illorum perpetua firmitate libenter confirmat, prout in Domino salubriter perspexerit expedire. Cum itaq pro parte dilectorum Nobis in Christo, Rectoris, Doctorum ac Magistrorum Studij Gnalis Cracoviensis nobis expositum esset, quod Serenissimi Reges Poloniae, piae memoriae Sigismundus Secundus & Stephanus Primus considerantes Universitatem ejusdem Studij Gnalis Cracoviensis tanquam quoddam omnium virtutum ac doctrinarum in medio Regni ad uberrimos fructus in omnes partes ejus producens, seminans, plantans, temporum iniquitate, & propter tenues fructus & redditus cum magno tam Ecclesiasticae quàm Politicae Reipublicae detrimento quodammodo decrescere, Ipsi Juspatronatus suum Regium Praepositurae Ecclesiae Collegiatae S. Floriani in Clepardia primo quoq tempore etiam hoc modo eidem auxiliares manus porrigere desiderantes, totum & integrum cum Consensu omnium Ordinum Regni ad effectum cum omnibus fructibus reditibus & emolumentis, reservatâ arbitrio Loci Ordinarij eorum portione congrua pro sustentatione Praepositi per eandem Universitatem occurrente ejus vocatione de medio Canonicorum S. Floriani, & aliàs ejus, qui maximè interim meritus fuerit in profitendis Lectionibus, expediendis Disputationibus & promovendis tam privatis quàm publicis Studijs eligens & Loci Ordinario ad instituens praesentans, ejus incorporationis, unionis, & inviscerationis faciendae, quam donationem Juspatronatus etiam Rex modernus Sigismundus Tertius approbavit, & Ordinarius Loci olim bonae memoriae Petrus Myszkowski reservata sibi deinceps libera facultate pensionum

provisionis —

Praeposito in Praepositurae Proventibus ordinare & constituere, quod cum postea non fuit per eum in executionem deductu, ipsa Universitas de proventibus, reditibus & emolumentis Praepositurae ejusdem talem nulla hac in parte Authoritate suffulta fecit & ordinavit: Ut videlicet Praepositus pro tempore existens habens plenam tam in Spiritualibus quam temporalibus omnibus administrationem habeat, & de reditibus ejus Rectori, Doctoribus & Magistris Salariatis Universitatis ejusd. pensionem quadringentorum florenorum annis singulis nullis casibus fortuitis obstantibus pendat. Jamq ab annis decem citra vel ultra Rector, Doctores & Magistri in usu pensionis talis fuerunt, illam à Praeposito pro quolibet Festo Epiphaniae percipiendo & interse dividendo nulla praecedente super hoc Sedis Apostolicae & Loci Ordinarij approbatione. Cumq nomine eorum intera in dubio habentium praemissa aliquo modo subsistere illaq se legitime facere potuisse et se ad restitutionem pensionis talis obnoxios esse propterea putantium, nobis humiliter supplicatum esset, quatenus eorum Statui & conscientiae securitati in praemissis opportune providere, ipsos à Censuris & poenis propterea forsan incursis absolvere, & pensionem perceptam condonare, ac eandem donationem Jurispatronatus Praepositurae praefatae approbare, pensionemq in Proventibus illius quotannis solvendam constituere Authoritate Apostolica dignaremur. Nos, ipsos, Rectorem, videlicet Doctores & Magistros praefatae Universitatis Studij Gnalis Cracoviensis specialibus favoribus & gratijs prosequi volentes & à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis & interdicti alijsq Ecclesiasticis sententijs, Censuris & poenis à jure vel ab homine quavis occasione vel causâ latis si quibus quomodolibet innodati existunt, dummodo in eis per annum non insorduerint ad effectum praesentium consequendum harum serie absolvendo & absolutos fore censendo, supplicatione hujusmodi inclinati eosdem, Rectorem, Doctores & Magistros & quemlibet ipsorum à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis & Interdicti, alijsq Ecclesiasticis sententijs Censuris & poenis per eos propter praemissa quoquomodo incursis Authoritate Apostolica qua nunc fungimur Nobis perspeciales ejusdem Apostolicae Sedis Literas, quas inserere non tenemur, concessa, tenore praesentium in utroq foro absolvimus; illasq eis, necnon pensionem hactenus indebite perceptam remittimus & condonamus, ac cum illis & quo-

libet-

quolibet illorum super Irregularitate per eos & quemlibet eorum ex premissis quoquo modo, et ex eo qd sic ligati Censuris aliqui eorum forsan Presbyteri existere Missas & alia Divina Officia non tamen in contemptum clavium celebraverunt, vel se ad ordines aliquos promoveri fecerunt, & in eis promoti ministraverunt, & aliàs quoquo modo contracta, ita; quod nullâ, et eis premissis non obstantibus, qui Clerici sunt Clericali charactere illiusq Privilegijs uti & gaudere, necnon in Minoribus quatuor & Majoribus etiam Presbyteratus, Ordinibus constituti in illis & Altaris ministerio ministrare, qui verò Clerici non sint, se Clericali charactere insigniri necnon ad Minores quatuor & sacros Majores & Presbyteratus Ordines ritè tamen se promoveri facere, & promoti in eis & altaris Ministerio ministrare, ac beneficia quecunq cum cura & sine cura qualiacunq & qualitercunq qualificata, si illis canonicè conferantur, aut presentati, electi vel aliàs assumpti ad illa, et instituti in eis fuerint, recipere, & dummodo plura simul non sint, quàm que in Concilio Tridentino permittuntur, tum et ante obtenta ad vitam retinere liberè & licitè valeant, dispensamus, omnemq inhabilitatem & infamie maculam sive notam circa eos & quemlibet eorum ex eisdem premissis quomodolibet insurgentem ab eis penitus abolemus, ipsosq & ipsorum quemlibet in pristinum et in eum in quo ante fuerunt, statum, restituimus, reimponimus, & plenariè reintegramus. Volumus tamen; ut penitentiam quam Confessor idoneus ex Approbatis Authoritate Ordinaria per illos & quemlibet illorum eligend. eis propter premissa injunget, omnino teneantur adimplere, aliàs presentes eis nullatenus quo ad forum conscientie suffragentur. Preterea predictorum Serenissimorum Regum pietatem in donatione Jurispatronatus & presentandi Prepositure hujusmodi, dictae Universitati Cracovien. factam, prout in patentibus Literis eorund. Regum desuper confectis, quarum primò dicti Regis Sigismundi Augusti data fuit, et est Piotrcoviae in Conventione Gnali ipso Die Conversionis Sancti Pauli Annô Dñi Millesimo, Quingentesimo Quinquagesimo Nonô. Secundò dicti Stephani videlicet Cracoviae in Conventione Senatorum Feriâ Sextâ post Festum Conceptionis B. M. Annô Millesimô, Quingentesimo, Septuagesimô Octavô. Tertiò autem dicti nimirum Sigismundi Tertij Varsavie in Conventione Gnali, Duodecima Mensis Aprilis, Annô Domini Millesimô Quingentesimo, Nonagesimô, tum et Ipsius Loci Ordinarij, tum bone memorie Petri Myszkowski Cracovien. Annô Domini, Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo Nono-

Die secunda Mensis Octobris continetur, amplectens Literarumq patentium prefatarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus pro expressis habentes donationem eandem Juspatronatus & incorporationem illius prefatæ Universitati factam, ac patentes Ejus Literas desuper confectas hujusmodi & in illis contenta, ac inde secuta quæcunq authtte & tenore predictis confirmamus & approbamus, ac perpetuo & inviolabilis Apostolicæ Sedis firmitt. robore communimus, ac omnes defectus tam Juris quàm facti si qui desuper intervenerint supplemus. Volentes autem ut secundùm piam voluntatem Serenissimorum Regum Prefatorum Universitas predicta Cracoviens emolumento aliquo pro sui subsistentia ex eadem donatione Jurispatronatus Prepositure gaudeat, pensionem annuam quadringentorum florenorum Polonicalium ipsi Universitati Studij Gnalis Cracoviens super fructibus, redditibus, Proventibus & emolumentis universis ejusdem Prepositure per dilectum Basilium Golinium Sæ Th. Doctorem ipsius Professorem modernum & pro tempore futurum pro quolibet Festo Epiphaniæ Dni eidem Universitati integre non obstantibus quibuscunq casibus, vigore tamen ... nec alias persolvens ac per ipsam Universittem inter Rectorem, Doctores & Magistros Salariatos dividens earundem tenore presens reservamus constituimus & assignamus. Decernens modernum Prepositum & pro tempore existentem ad integram dictæ Pensionis solutionem ipsi Universitati faciens, juxta reservationis Constitutionem et assignationis presentibus contentam fore efficaciter obligatt; ac volens eademq Authoritate statuens quod Prepositus & Successores ejus pro tempore in dicta Prepositura existens qui pro dicta Festivitate vel saltim intra quindecem dies immediatè sequens Pensionem prefatam ex vi presentium debitam non persolverint cum effectu, lapsis diebus eisdem sententiam Excommunicationis incurrat, à qua donec eidem Universitati, vel Illius Procuratori legitimo de Pensione hujusmodi tunc debita integre satisfactum fuerit, aut aliàs cum ipsa Universittè super hoc amicabiliter concordatum sit, preterquam in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium nequeat obtinere. Si verò per Viginta dies dictos quindecem dies consequens immediatè sententiam ipsam animo (quod absit) sustinuerit indurato; extunc effluxis diebus eisdem, dicta Prepositurâ, privatus perpetuò existat, illaq vacare censeatur eo ipsò. Quæ omnia tam in dictis Literis donationis Jurispatronatus, quam presens contenta et expressa, firma valida efficacia—

et efficacia existere & fore, suosq plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac per omnes ad quos pertinet & pertinebit inviolatè in omnibus & per omnia observari, sicq & non aliter per quoscunq Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores, et Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinales sublata eis quavis aliter judicandi, interpretandi & definiendi potestate & facultate, judicari, interpretari & definiri debere, ac irritum & inane quidquid secus super his à quoquam quavis Authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obstantibus quatenus opus sit felicis recordationis Pauli Secundi & quorumcunq aliorum Romanorum Pontificum d. rebus Ecclesiae non alienandis Concilijq Tridentini ac alijs Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis: necnon juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & consvetudinibus caeterisq contrarijs quibuscunq. Datt Cracoviae, Decimo sexto Calen. Januarij. Anno Incarnationis Dominicae Millesimô, Sexcentesimô, Quintô. Pontificatûs ejusdem S. Dni Nostri Pauli Papae Quinti, Annô Primô.

Bernardus Cardlis Maciejowski Legatus.

Locus Sigilli + pensilis Eminentissimi supra specificati Cardinalis.

Concordat cum Authentico seu Transumpto antiquo sub sigillo Minori Universitatis, Collationavit M. Casimirus Jarmundowicz U. J. D., Publicus Sacra Authoritate Apostolica Notarius

Præpositura

Praepositura
Ecclesiae Collegiatae S. Floriani.

Prima Dignitas in Ecclesia S. Floriani extra muros Cracovienses. Quam nunc obtinet Jacobus de Koniecpole Nobilis de Armis Pobodzie, quae dotata & fundata asseritur ex Ecclesia olim Parochiali nunc Conventuali de Skałka et ejus proventibus, unde & in signum quod suam dotationem ab ea accepit Praepositus S. Floriani pro tempore praefatam Ecclesiam in Skałka, antequam in Conventualem redigeretur conferebat. Ea autem in Conventualem translata, Praepositus modernus Jacobus pro se & suis Successoribus illius Collationi perpetuo renuntiando se abdicavit.

Bienczyce Villa sub Parochia Ecclesiae de Raciborowice & supra Fluvium Dlubnia sita. Fundus primarius Praepositurae S. Floriani. In qua est Curia Praepositi, aedificia habens bona, hortos, pomaria & prata, habens agros praediales frugiferos, & in quatuor campos divisos, de quibus omnibus dant Decimam manipularem Monasterio & Priori in Skałka qui in horreum suum eam inducit. Item sunt in eadem villa Larei Cmethonales decem & septem, quorum quilibet solvit pro annuo censu Praeposito pro Festo S. Martini duas marcas & unum fertonem. — Item triginta ova. Item duos caseos. Item duos Cappones. Item choros rappae. Item quilibet Cmetho de Laneo laborat tres dies in septimana proprio curru aut aratro, integro anno. Item ducturas faciunt in Cracoviam ex ordine, absque die. Alias autem ducturas faciunt ad rationem dierum in septimana debitorum. Item sunt in eadem villa tres tabernae & qualibet habet agros, quarum prima solvit sex marcas, octo Cappones, unum octuale cerevisiae. Secunda etiam solvit totidem, videlicet sex marcas, octo Cappones, & unum octuale cerevisiae. Tertia taberna solvit tres marcas & unum octuale cerevisiae. Item ad labores non obligantur. Item sunt in eadem villa sex Hortulaniae non habentes agros sed solum hortos, prima solvit unam cum media marcas, sex gallos, secunda solvit unam marcam, Tertia tres fertones; Quarta tres fertones. Quinta tres fertones, Sexta tres fertones. Item praedicta villa habet duo molendina in flumine Dlubnia, quorum

rum unum datum in hæreditatem perpetuam solvit Præpositure pro annuo Censu septem marcas, octo Cappones, unum octuale cerevisiæ. Aliud solvit novem Marcas & novem Cappones. Item ad powabum utrumq; tenentur, Cmethones, tabernatores, Hortulani & eorum inquilini. Item Cmethonales omnes agri solvunt Decimam manipularem, & per quatuor iezugas, Canapalem præfatæ Præpositure, & tenentur eam proprijs curribus in horreum Præpositi inducere. Item Monasterium Ordinis B. Pauli Primi Eremitæ de Skałka tollit Decimam manipularem de agris Prædialibus Præpositure. Item de agris tribus seu jugeribus, & primo de agro molendinatoris ex opposito inferioris molendini sito, & quibusdam arvis. Item de Agro Prædiali retro Curiam qui dicitur Powabne. Item de aliquibus agris Nicolai Krol, Gregorij Szydło Cmethonum. Item Nicolai Kostur & Joannis Szydło Tabernatorum, qui quondam erant Prædiales. Item villa præfata confinat cum villis Mistrzowice, Krzesławice. Item Præpositura præfata habet Curiam notabilem in Kleparz, muro per Bodzantham Vislai de Scheligy alias de Præpositum, fabricatam, cum horto & pomario.

Skawce, villa sub Parochia Ecclesiæ de Mucharz sita. cujus proprietas pertinet ad Præpositum S. Floriani, et est secundus Fundus dictæ Præpositure S. Floriani. In qua sunt novem Lanei Cmethonales, et quilibet Laneus pro annuo Censu solvit Præposito. Item medietatem Census de Villa prædicta tenetur Præpositus dare Ecclesiæ S. Floriani pro administratione ceræ, olei & luminarium & tenetur sex marcas dare pro cera & oleo de Censu ejusdem villæ & alijs Proventibus præfatæ Præpositure. Item. Cmethones præfatæ villæ, tabernatores & Hortulani solvunt Decimam pro medietate manipularem Præpositure S. Floriani de omni grano & Decimam Canapalem per quatuor iezugas & tenentur illam Cmethones ducere in horreum proprijs curribus, à Præposito locandum. Item medietatem dictæ villæ percipit Plebanus & Ecclesia Parochialis in Mucharz, Conducitur autem præfata Decima in unum horreum integraliter, in manipulis sed triturata grano dividitur æquali portione, grano inter Præpositum S. Floriani & Plebanum de Mucharz. Item non est in eadem villa aliquod Prædium, Item non sunt tabernæ. Item non est molendinum. Item. non sunt Hortulani.

Concordat cum Authentico seu Transumpto Ex Libris Beneficiorum Diœcesis Crac. sigillo Ven. Capituli Ecclesiæ Cathed. communito. Collationavit M. Antonius Rutkowski Notarius Aplicus mpp.

Scholæ.

Habet Ecclesia S. Floriani Scholam in aliqua sui parte mu:
ratam in Cæmeterio Ecclesiæ ad partem meridionalem; Præpositus
autem S. Floriani pro tempore Magistrum Scholæ locat, ordinat
& instituit, quem tenetur annis singulis quatuor marcis salariare.
Jtem tenetur eidem singulis diebus expensas administrare, aut rati:
one expensarum sibi sex marcas in paratis pecunijs debet solvere:
non participat autem Magister Scholæ cum Vicarijs de aliquo
questu, solum de Vigilijs cantatis de quibus sibi questus medietas
debet provenire; Scholam autem muratam ædificavit Dominus
Gregorius de Ludbracz Regis Poloniæ Vice Cancellarius & Præpositus
ejusdem Ecclesiæ Annô Domini 1493tio.

Rector Scholæ

Privilegia Serenissimi
Regum super donatione
Jurispatronatus Prepo-
situra Colleg. S. Floriani
Universitti Crac. cum appro-
batione Sedis Aplicae
et Loci Ordinarij

1mo

1mo.

27

Inventarium Suppellectilis Ecclesiasticae Argentea.

1mo. Monstrancya Srebrna cała pozłoci̇sta wysoka circiter na Łokieć z Melchizedechem.

2do. Kielichow srebrnych in Summa trzynascie z patynami, iedynascie intus et extra z patynami wyzłocone, dwnasty pozłocisty, trzynasty tylko ab intra iako sęż y patena do niego.

3tio Puszka wielka w Cyborium intus et extra wyzłocona.

4to Druga puszka mnieysza srebrna cała wyzłocona.

5to Malinka puszeczka okrągła srebrna do chorych pro SSmo in capsula.

6to Ręka srebrna pozłocista z Relikwią S. Floryana.

7mo Relikwiarz srebrny w Cyrkuł cum insigni particula Relikwij S. Floryana.

8vo Dwa Relikwiarze srebrne pozłociste instar turricularum, pierwszy z Relikwiami 12 SS. Apostolorum, drugi z Relikwiami roznych Swiętych, u ktorego na wierzchu krzyżyk biały srebrny ułomany osobno się znayduie.

9no Krzyż wysokosci dwu łokciowey plus minus, na nim sześć sztuczek wyzłacanych, on zaś cały biały.

10mo Krzyż srebrny cały wyzłacany, na nim z iedney strony Passyika srebrna wyzłacana z drugiey Relikwie za szkłem w dwoch mieyscach.

11mo Drugi krzyż mnieyszy pozłocisty w postumencie reparowany.

12mo Krzyż czwarty srebrny circiter pułtora łokciowy, na ktorym srebrna Passyika, a pod nią trupia głowka srebrna dobry.

13tio Lichtarzow naszych sześć, u każdego na postumencie po trzy tabliczki wyzłacane ex piissimo legato Perillustris olim Adm. Rndi M. Martini Czaleszynski S. Th. D. Canonici Cathlis Crac. per DD. Executores sprawione z srebrnemi czopami.

14to Lichtarzow mnieyszych szesć, każda z nich para odmienney roboty. Pierwsza z tabliczkami na postumentach blado wyzłoconemi, u drugiey na postumentach w promieniach herb berła, w drugich effigies B. Joannis Cantij, w trzecich S. Stanisława z złotami srebrnemi, u iednego kawałek koronki odłomano, trzecia pomnieysza para gładką robotę z ezopami miedzianemi.

15to Lichtarzy dwa stołowych na płaskich postumentach srebrnych.

16zto Laski srebrne dwie do Procesyi na wierzchu maiące gałki, y w trzech mieyscach koronki wyzłacane.

17mo Berło srebrne, na ktorym koronka większa bez iednego kawałka, y dwie małe wyzłocone, y na gorze cuspis wyzłocony.

18vo. Ampułek srebrnych par cztery, pierwsza staroświeckiey roboty na drocikach y gałkach extra wyzłacana z przykrywkami. Czwarta biała cum literis A et V. na przykrywkach, z nich iedna intra wyzłacana, druga na noszkach także wyzłacana ab extra z przykrywkami, trzecia na gałkach extra wyzłocona z przykrywkami.

19no Tacek pod ampułki trzy. Pierwsza naywiększa pstrozłocista. Druga biała forcechowaney roboty. Trzecia brzegi maiąca ferczechowaney roboty, a srzodkiem gładka extra biała.

20mo Trybularz srebrny z pięcią łancuszkami.

21mo Łodka srebrna y z łyżeczką srebrną.

22do Lamp srebrnych dwie pierwsza większa na trzech łancuszkach, na bokach szesć noszące herubinow, druga mnieysza na czterech łancuszkach, u ktorey koronka mieyscami podarta.

23tio Gałek srebrnych złotych trzy z promie=
niami wyzłacanemi.
24to Trzy insze srebrne per modum kwiatow
gałki wnich na wierzchu lisie, od kto=
rych niektore wyłomane kwiatki.
25to Vasculum srebrne pro sanis oleis
troiste spoiane na iednym postumencie.
26to Drugie vasculum srebrne poiedyn=
cze pro oleo infirmorum na wierzchu krzyżyk.
27mo Manubrium srebrne do kropidła plus
minus trzech wiercow we.

Suppellex Argenti et lapidum pretiosorum in Altaribus.

1mo. Na wielkim Ołtarzu krzyż drewniany
czarny, na nim srebrna Passyika, titulus
Crucis y trupia głowka także srebrna.
2do Wotow na Obrazie S. Floryana in va=
ria forma et magnitudine siedmnascie.
3tio Natymże Obrazie koronka srebrna po=
złocista na głowie S. Floryana, w koronie
kilka kamieni, a na wierzchu krzyżyk.
4to Przy tymże Obrazie trzy miedziane Obra=
zki Nayś: M. Panny Częstochowskiey ie=
den z nich koroneczką srebrną obwiedziony.
5to Na Obrazie tegoż Swiętego pas srebrny pozło=
cisty alias łańcuch, a na każdym rogu krzyżyk.
6xto Tamże dwa krzyżyki srebrne pozłociste,
ieden większy z bursztynem złamany, drugi
mnieyszy z kamyczkami.
7mo Na tymże Ołtarzu malenkie serce sre=
brne w pośrzodku szkło.
8vo Na tejży na Passyi votum srebrne in
forma Cordis.
9no Na Obrazie w Ołtarzu Immaculatae Concept:
V. Mariae Płaszcz srebrny biały, na gło=
wie korona, około głowy kwiatow srebrnych
dwanascie
Item Dubek srebrny z obrączką szczero złotą
Item pierscionek na srebrnym łańcuszku
pozłocisty, y pierscionkow pięc.
Item Decynka z srebra na iedwabiu robiona,
przy ktorey portrecik Nayś: M. Panny Czę=
stochowskiey.
Item Na bokach Obrazu korali nici
pietnascie.

Item na szyi Matki Boskiey dziewietna-
scie nitek maleńkich koralików.
Item na ręku po iedney nici korali.
11mo Na Ołtarzu Rzeźnickim B.V. Mariae
Dolorosae sukienka srebrna biała, pro-
mienie na głowie y miecz wyzłocony
tło na obrazie axamitne czerwone.
12mo Na ołtarzu Crucis votum srebrne in
figura cordis, Item krzyżyk mały srebrny.
12mo Na Ołtarzu S. Jozefa y S. Antoniego
wotów maleńkich srebrnych dzie-
siąc rożnych, dziewięc miedziane wyzłocone.
13tio Na Obrazie w ołtarzu Salvatoris
nad głową promienie, w ręku swiat
z krzyżykiem srebrne białe, y numi-
sma srebrne.
14to Na Obrazie S. Anny korali nici dwie.

Supellex Aerea
Stannea, sive alterius Metalli.

1mo Lichtarzy cynowych rożney wielkosci
przed Ołtarzami par dwanascie
ieden z nich reparacyi potrzebuie.
2do Lichtarzyków stołowych cynowych
para iedna.
3tio W skarbcu lawaterz cum pelvi w kon-
che robiony cynowy.
4to Drugi lawaterz cynowy w pierwszey
Zakrystyi, pod nim wanienka Notabilis
quantitatis miedziana stara indiget reparatione.
5to Dzbanuszków cynowych do kwia-
tków par dwie.
6to Ampułek cynowych par dwie.
7mo Vasculum cynowe z przykrywką na
Ol. pro baptizandis.
8vo Lamp trzy mosiężnych przed Ołtarza-
mi: przed Pasyą, przed Niepokalanie
poczętą, przed Bolesną Nayś: M. Panną.
9no Kociołek miedziany większy do swię-
coney wody cum manubrio ferreo.
10mo Drugi kociołek mnieyszy miedziany
zepsuty sine manubrio.
11mo w Krzcielnicy kociołek miedziany

12mo Miednica mosiężna cum effigie Annunciationis B. V. Mariae.
13tio Dzierz miedziany do starey Krzcielnicy notabilis quantitatis.
14to Lichtarzy stołowych mosiężnych paraiedna, ieden złomany.
15to Vas ad Aquam benedictam in Vestibulo Ecclesiastico plumbeum.

Supellex Apparamentorum Ecclesiasticorum.

Casulae albi coloris, et Dalmaticae ejusdem Coloris w skarbcu.

1mo Ornat lamowy z kolumną adamitną złotem kwiaty aftowaną z stułą manipularzem odmiennemi z koronką merypanową.
2do Ornat litey materyi srebney na dnie czerwonym moskiewskim, z stułą y manipularzem takim, y drugi takiż z kolumną złotą.
3tio Ornat lamowy z galonym złotym, kitayką czerwoną podszyty, z stułą y manipularzem.
4to Partyrowy Ornat z kwiatami wielkiemi na dnie różowym kolumna złota z kutasami zielonemi, z stułą y manipularzem, z Dalmatykami takiemiż z stułą y manipularzami.
5to Ornat Adamaszkowy z galonem złotym podszyty płótnem pomorańczowym z stułą y manipularzem, dalmatyki, takież dwie z galonem szychowym, z stułą odmienna manipularzami.
6xto Ornat altembasowy z kwiatami rożnego koloru z galonem iedwabnym czerwonym, z stułą y manipularzem.
7mo Ornat z Tureckiey materyi bogatey z galonem czerwonym złotem przerabianym, z stułą y manipularzem wyreparowany.
8vo Ornat z Rzymskiey materyi z galonem pstro złotym płótnem różowym podszyty z stułą y manipularzem, u ktorych franzla złota.
9no Ornat z kolumną czerwoną podszyty płótnem pomorańczowym wyplowiałym z stułą y manipularzem wyreparowany

10mo Ornat perłowy z złotemi kwiatami kolumną szychową, z galonkiem szychowym z stułą y manipularzem.
11mo Ornat iedwabny z kwiatami roznemi, kolumną szychową aftowana w kwiaty, z galonem szychowym podszyty płotnem pomarańczowym, z stułą y manipularzem.
12mo Ornat lamowy z kwiatami czerwonemi y zielonemi z galonem czerwonym złotem przerabianym z stułą y manipularzem.
13tio Ornat atłasowy w pręszki z kolumną szychową w kwiaty iedwabiem aftowaną, z stułą y manipularzem indiget reparatione.
14to Ornat partyrowy złotym kwiatem, z galonem szychowym płotnem pomarańczowym podbity, z stułą y manipularzem.
15to Ornat partyrowy złotemi y iedwabnemi kwiatami, z galonem szychowym płotnem ceglastym podbity, z stułą y manipularzem.
16to Ornat partyrowy z kwiatami złotemi y iedwabnemi z galonem szychowym, płotnem czerwonym podbity z stułą y manipularzem.
17mo Ornat morowy z kolumną partyrową czerwoną, z galonem szychowym płotnem pomarańczowym podbity, z stułą y manipularzem.
18vo Drugi z takiejże materyi Ornat.
19no Ornat z dartego iedwabiu, kwiaty szychem wyszywane, kolumna szychowa, z galonem szychowym, płotnem pomarańczowym podbity, z stułą y manipularzem.
20mo Ornat lamowy w kwiaty czerwone kolumną morową na niey kwiatki roznych z stułą y manipularzem reparowany.
21mo Ornat adamaszkowy z kolumną szychową z galonem szychowym, płotnem pomarańczowym podbity z stułą y manipularz[em]
22do Ornat biały nowy kitaykowy, na nim rozne kwiaty wyszywane ze złotem y srebrem z kolumną iednostayną takową galony szychowe białe z stułą y manipularzem

Manipularzem, bursą palą podszyte płótnem żołtym.

Casulae et Dalmaticae rubri Coloris w Skarbcu.

1mo Ornat parterowy wkwiaty srebrne Zgalonem srebrnym błękitną kitayką podbity Z stułą y manipularzem, Dalmatyki takież zstułą y dwiema manipularzami.

2do Ornat lamowy z Kwiatami złotemi y ztakimże galonem, płotnem błękitnym podszyty z stułą y manipularzem.

3tio Ornat z złotemi kwiatami, galonem srebrnym u kolumny a koronką wkoło obwiedziony, kitayką Niebieską podszyty z stułą y manipularzem podszywka zła.

4to Ornat z Tureckiey materyi z kolumną białą, zgalonem przy kolumnie złotym iedwabną złotem przerabianą, podszyty płótnem błękitnym, zstułą y manipularzem.

5to Ornat altembasowy zgalonem szychowym, płotnem cielistym podszyty zstułą y manipularzem.

6sto Ornat attłasowy zroznemi iedwabnemi kwiatami, kolumna biała zgalonem szychowym, podszyty płotnem pomarańczowym z stułą y manipularzem.

7mo Ornat Kitaiowy wypłowiały zkolumną białą galonem szychowym, płotnem wypłowiałym podszyty z stułą y Manipularzem.

8vo Ornat lamowy z złotemi kwiatami zgalonem przy kolumnie złotym, koronką złotą obtoczony, płotnem niebieskim podszyty z stułą y manipularzem.

Quia ego Valentinus Luca Lezinski Publicus Sa Authoritate Apostolica Diecesis Cracovienẽ Notarius, preinsertum Privilegium cum suo originali et authentico Privilegio in pargameno scripto, sigillo pensili munito, vidi, legi manuq mea mea propria de verbo ad verbum transcripsi, proinde ut ei credatur me in premissorum fidem circa impressionem signi Notariatus mei subscribo

Idem qui supra

Privilegium permu
tationis Villa Krempa
pro villis Shewcze et
Slinno. Ec: S. Floriani
ad Cracoviam

10

Processus judiciarius in Causa inter Adm Rndum Adamum Bażanka Ecclesiae Parochialis in Muchar‿z Curatum Principalem Actorem ex una, et Illustrem Clarissimum et Adm Rndum M. Petrum Szymakowski S. Thgiae Doctrem et Pfrem, Ecclesiae Collkae S. Floriani Clepardicae ad Crac Praepositum Citatum partibus ex altera, occasione actis indebitae usurpationis Decimae Manipularis omnis grani frumenti et seminis ex Agris et Araturis culturae et possessionis Laboriosorum Incolarum medietatis Villae Skawce provenien, ad se modernum Actorem Ipsiusq Supradictam Ecclesiam Parochialem in Mucharz quasi spectan et pertinen. in Judicio Consistorij Generalis Cracoviensis gestus formatus, et Parti requirenti ex Cancellaria Officij ejusdem Consistorij Gnlis Crac in forma probanti et authentica extraditus.

Actus Imus.

Annô Domini millesimo, septingentesimo, quadragesimo, nonô. Die Lunae, primâ Mensis Decembris.

Coram Illustrissimo et Reverendissimo Domino, Michaele in Magna Kunice Kunicki, Dei, et Apostolicae Sedis Gratiâ Episcopo Arsionensi, Suffraganeo, Canonico, Vicario in Spiritualibus, et Officiali Generali Cracoviensi, Abbate Commendatario Clarae Tumbae, in publica causarum audientia comparens personaliter Nobilis Albertus Mysłowski, Cancellariae Officij praesentis Regens, Admodum Reverendi Adami Bażanka Ecclesiae Parochialis in Mucharz Curati, Actoris Procurator, contra Citatum infrascriptum proposuit, de et super eo: Quia ipse Decimam Manipularem omnis grani, et seminis ex Agris, et Araturis culturae, et possessionis Laboriosorum Cmethonum, Hatulanorum medietatis Villae Skawce provenien, ad Suprascriptum Actorem, ipsiusq praefatam Ecclesiam Parochialem in Mucharz de jure speciali, communi, tum et antiqua possessione spectan, et pertinen indebitè usurpat, ipsum ab usurpatione hujusmodi Decimae amoveri, Actorem in possessionem illius reimponi, et quatenus opus sit reintegrari, ad restitutionem interceptae

juris

juris medijs stringi, debita cum instantia postulavit. Præsente Nobili Paulo Glowacki, Illustris, Clarissimi Admodum Reverendi M. Petri Szymakowski, S. Thg. Dctris, et Prfsris, Ecclesiæ Collegiatæ S. Floriani Clepardiæ ad Cracoviam Præpositi, Citati Procuratore, Salvis &c. et præmissa &c. suum Principalem Decimam non usurpare, quinimò vigore Jurium suorum, et Erectionis Præposituræ S. Floriani, tùm antiquæ possessionis percipere, et possessionem continuare dicente, et eadem Jura producente, jus verò Actori aliquod ad prætensam Decimam competere negante. Exadverso Actoris Procurator, suo Principali jus tàm speciale, quàm commune ex medietate Villæ Skawce, ad Decimam Manipularem assistere dixit, hujusmodi jura produxit et exadverso productorum jurium copias suo Principali dari, et concedi petiit. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus, Officialis Generalis Cracoviensis supramemoratus, copias productorum jurium Partibus hinc inde ad Mensem concessit, et terminum conservavit. Præsentibus Illustribus Admodum Reverendis M. M. Alberto Ni[...]cinski S.S. OO Custode, in Luborzyca. et Koniusza Stanislaô Mameżynski S. Michaelis in Arce Cra[...] Decanô in Krolowka Curatis. Casimirô Jarmu[...]dowicz ejusdem S.S. OO. Thomâ Muszynski [...] J. Doctoribus et Professoribus Ecclesiarum Collegiatæ S. Annæ Cracoviæ Canonicis, S. Nicolai ad Cr[...] Præpositô, et Mc Franciscô Ziebinski U J Dctre Andre[...]viensi Præpositô, Consistorij Generalis Cracoviæ Actuariô

Actus 2dus.

Annô Domini millesimo, septingentesimo, quinquagesimo [...] Die Lunæ vigesimâ tertiâ Februarij.

Comparens personaliter in publica causarum audientia Nobilis Albertus Mystowski, Cancellariæ Officij præsentis Regens, Admodum Reverendi Adami Ba[...]

Zanka

żanka, Ecclesiae Parochialis in Mucharz Curati, Actoris Procurator, in termino hodierno ex Actis, et conservatione illius, die Lunae primâ Mensis Decembris, Annô immediatè praeterito millesimo, septingentesimo, quadragesimo, nono, judicialiter facta, et connotata provenienti, excipiendo contra producta Jura, et signanter documentum Incorporationis Villae Skawce, Ecclesiae Collegiatae S. Floriani, in Causa: occasione usurpationis Decimae Manipularis, omnis grani, frumenti, et seminis, ex Agris et Araturis Cmethonalibus, Hortulanorum, et aliorum Incolarum, medietatis Villae Skawce provenien, ad Actorem, dictamq Ecclesiam Parochialem in Mucharz de jure speciali, et communi, tum et antiqua possessione spectan, et pertinen, coram Judicio praesenti mota, et vertente in termino anteriori producta eadem ad Causam praesentem non quadrare, ex quo nihil de controversa decima obloquantur, dixit, et producta Erectione dictae Ecclesiae in Mucharz, ad eandem Decimam suo Principali servien, Citatum infrascriptum ab usurpatione ejusdem Decimae amoveri, et ad extraditionem illius pro Annis quinq retentae, eundem Citatum stringi, debita cum instantia postulavit. Praesente Nobili Paulo Głowacki, Illustris Admodum Reverendi N. Petri Szymałowski, S. Thgiae Dctris, et Dñi, Ecclesiae Collegiatae S. Floriani Clepardiae ad Cracoviam Praepositi, Citati Procuratore, salvis &. et praemissa protestatione, contra Actorem de indebita sui Principalis impetitione, excipiendo pariter in et contra Erectionem Ecclesiae Parochialis in Mucharz, de Actum, et Datum in Oświęcim, Annô millesimo, trecentesimo octuagesimo, nono, die decimâ quartâ Mensis Augusti conscriptam, ex Actis Archivij Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis desumptam, per eandem Actorem in termino anteriori productam, hujusmodi Erectionem ad Causam praesentem, et ad Bona Villae Skawce possessionis

sui

sui Principalis non quadrare, quinimò de prætensa Decima Manipulari quam Actor de medietate Incolarum ejusdem Villæ Skawce, vigore assertæ Erectionis prætendit, et de eadem ad præsens suum Principalem convenit, minimè obloqui, ast duntaxat de Missalibus à Colonis, et Hortulanis memoratæ Villæ Skawce, Ecclesiæ Parochiali in Muchar̄ Zpendi debitis, et vigore Juris communis, ab ijsdem Colonis quotannis extradi solitis, enuntiare dicte, ac ideò eandem Erectionem, sive assertum Jus speciale per Actorem ut præmissum productum, nihil pro Parte ejusdem Actoris, in Causa præsenti quo ad Bona Villæ Skawce operari posse, declarari, et suum Principalem liberum ab impetitione dicti Actoris pronuntiari, eundemq suum Principalem circa jus suum speciale, videlicet Privilegium Incorporationis Almæ Universitati Cracoviensi, præfatæ Præposituræ S. Floriani cum omnibus Bonis, frugibus, proventibus, ac emolumentis universis, ex Villis Zielęzyce, et Skawce ad eandem Præposituram S. Floriani spectantibus provenientibus per Serenissimos Reges Poloniæ, de Datum Piotrkoviæ in Comitijs Regni generalibus, ipso die Conversionis S. Pauli, Aõ Domini millesimô, quingentesimô quinquagesimô nonô, factæ, et per Illustrissimum Loci Ordinarium Cracoviensem Petrum Myszkowski, approbatæ, tùm circa antiquissimam possessionem perceptionis præfatæ Decimæ, de qua ad præsens agitur, per antecedaneos Præpositos S. Floriani, et per modernum suum Principalem, à primæva fundatione ac Erectione ejusdem Præposituræ pacificè, et absq omni interruptione habitam, et præscriptam conservari, et manuteneri petente. Salvo &c. omni &c. Ex adverso Actoris Procurator copias exceptionis ad octa

vam

vam sibi dari, et concedi petiit. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus, Michaël in Magna Kunice Kunicki, Dei et Apostolicae Sedis Gratiâ Episcopus Arsinonensis, Suffraganeus, Canonicus, Vicarius, et Officialis Generalis Cracoviensis, Abbas Commendatarius Clarae Tumbae, petitas exceptionis copias Actori ad octavam concessit, et terminum conservavit. Praesentibus Illustribus Admodum Reverendis M.M. Alberto Micinski Ecclesiarum Collegiatarum SS. OO Crac. Custode, Parochialium in Luborzyca et Koniusza Curatô. Casimiro Jarmundowicz ejusdem Collegiatae SS. OO Crac. Thoma Mudzynski SS. O.O. et S. Annae Crac. Collegiatarum Canonicis, S. Nicolai ad Crac. Praeposito, et Mc Francisco Zebinski U J Dctribg Andreoviensi Praeposito Consistorij Generalis Cracoviensis Actuario.

Actus 3tius.

Annô quô supra. Die verò Lunae, decimâ quintâ Junij.

In publica Causarum audientia comparens personaliter Nobilis Adalbertus Mystowski, Cancellariae Officij praesentis Regens, Adm Rndi Adami Bażanka, Ecclesiae Parochialis in Mucharz Curati, Actoris Procurator, in termino hodierno ex Actis, et conservatione illius, Die Lunae vigesimâ tertiâ Mensis Februarij Aô currenti judicialiter facta, et connotatâ provenienti, replicando contra exceptionem citati, adversus Jus Speciale, sive Erectionem originalem de Anno millesimo, trecentesimo, octuagesimo nono, Die decimâ quartâ Mensis Augusti factam, ac subsecutam, suprascripto Actori, ipsiusq. Ecclesiae Parochiali in Mucharz ad Decimam Manipularem omnis grani, et seminis ex Agris, et Araturis culturae, et possessionis Laboriosorum Cmethonum, Hortulanorum et Inco

larum

larum medietatis Villæ Skawce, sive Skawa prove
niens, serviens, sive servientem, per dictum Citatum
in Termino anteriori oppositam, probandoq; quod Villa
Skawa, sive Skawce hoc termino, sive vocabulo voci
tata, unum Idemq; denotari, suam originem à rivo
Skawa dicto /: penes quem dicta Villa Skawce jacet
ac consistit :/ sumi, et ex quibus agris Cmethonali
videlicet primo Pyrkoszowka, nuncupato quem ad præ
sens Laboriosus Lucas Kondys, secundo Bzkowske
vocitato quem Josephus Harbut cum concmethone
vulgo spolnikiem, tertio Jurakowka dicto, quem Sta
nislaus Fret pariter cum Concmethone vulgo Spol
nikiem, quartus Ager Cmethonalis et medietatis
quinti, pro Prædio colitur, controversa Decima Ma
nipularis à tempore immemorabili, et memoriam
hominum excedenti, ad Adm Rndos Curatos in Mu
charz spectabat, ex Agris verò Hortulanorum et re
spective ex Hortulanys, quas ad præsens Labori
si Jacobus Szczur, Thomas Lach, Josephus Ma
tusik, Mathias Frei, Mathæus Nowak Subor
dinator, Dominicus Grenkowicz, et Stanislaus
Rżym seu Sitarczyk possident, hujusmodi Decima
extradebatur, taliterq; exdecimata antea in Allodio pro
prio Decanali, in prædicta Villa Skawce sito, capa
verò in allodys Incolarum turnatim, apud easdem
Incolas collocabatur, et ad requisitionem Adm Rndo
rum tam antecedaneorum, quam moderni Curatorum
Mucharzensium, tempore hyemali ad Allodia De
canatus in Mucharz, in Manipulis devehe
batur, modo primum extraditio hujusmodi Decimæ
Manipularis per Illustrem, Adm Rndum olim Mar
tinum Kurowski, Præpositum S. Floriani CleparDiæ
ad Cracoviam, uti directum Dominum Villæ Skawce
fuerit

fuerit impedita, quam Decimam dictus Illustris olim Kurowski Suo Principali exdecimare, et extradere denegaverat, ast collectam ad Allodia Sua Prædialia convehere de Anno in Annum, stante possessione sua pro se triturare, demandaverat, eandemq. Decimam similiter modernus Citatus a capta possessione sua pro se tollere, in Allodys suis Prædialibus locare, ac prose triturari quolibet Anno permittit, et per antecedaneos Incolas ex traditio hujusmodi Decimæ tam Antecedaneis Parochis Mucharzoviensibus, quam et moderno Sui Principali non impediebatur, quinimo antecedanei Parochi Mucharzovienses prætactam Decimam ab immemorabili tempore pacifice percipiebant, modo primum hmdi Decimâ Suus Principalis per Illrem olim Kurowski spoliatus extiterit, dixit, quod probando Erectionem originalem reproduxit, necnon Recognitionem Laboriosorum Mathiæ Nowak, Stanislai Fret, Alberti Mruczek, Cmethonum, Andreæ Trec Iurati, et Mathiæ Frec Genenum villæ Skawce ad Præpositura S. Floriani Cleparđiæ ad Crac spectan Hortulanorum, et Incolarum, Die veneris 20 Mensis Maij Aô currenti coram Legali Nobili Alberto Woynarowski Notario Aplico factam produxit, quibus inhærendo tum et possessioni antiquæ ac immediatæ, tam per Antecedaneos Parochos Mucharzovienses, quam et suum Principalem habitæ, Citatum ab usurpatione amoveri, ad restitutionem prætactæ Decimæ per eundem nulliter, et indebite interceptæ, prævio corporali juramento super fideli restitutione illius per Citatum in Officio præsenti præstando, juris medys stringi, et ad eum Effectum mandatti executt decerni, et in forma solita extradi mandari

in

in damnis, et litis expensis suo Principali nulliter causatis condemnari postulavit. Praesente Nobili Paulo Istowadii Illustris, Adm Rndi M. Petri Szymakowski S. Theologiae Doctoris, et Dnis, Ecclesiae Collegiatae S. Floriani Clepardiae ad Crac. Praepositi, Citati Procuratore, Salvis etc. copias replicationis, et allegatorum ad octavam suo Principali dari, et concedi petente. Et per Dominum cum termini conservatione obtinente. Praesentibus Illustribus Adm Rndis M. Joanne Patasztowski Ecclesiae Colltae SS. OO Crac. Archidiacono, in Wilamowice Curato. Ill. Adre, Antonio Wilkoszewski U. J. Dre dictae SS. OO Crac. Coll. Canonico et me Francisco Zieliński U. J. Doctore Andreoviensi Praeposito Consistorii Gnlis Crac. Actuario.

Actus 4tus.

Anno quo supra Die vero Mercurii, octava Junii.

Coram Illustrissimo et Reverendissimo Domino, Michaële in Magna Kunice Kunicki, Dei, et Apostolicae Sedis Gratia Episcopo Arsionensi, Suffraganeo, Canonico, Vicario in Spiritualibus, et Officiali Generali Cracoviensi, Abbate Commendatario Clarae Tumbae, in publica Causarum audientia comparens personaliter Nobilis Albertus Mystowski Cancellariae Officii praesentis Regens, Adm Rndi Adami Bażanka, Ecclesiae Parochialis in Mucharz Curati, Actoris Procurator, in termino hodierno ex Acti et conservatione illius, Die Lunae, decima quinta Junii Ao currenti judicialiter facta, et connotata proveniens suum Principalem in Causa: occasione indebitae usurpationis Decimae Manipularis omnis grani, et seminis ex Agris, et Araturis culturae, et possessionis Laboriosorum Cmethonum, Hortulanorum et Incolar. medietatis Villae Skawce provenientis, ad supra scriptum Actorem, Ipsiusque praefatam Ecclesiam Parochialem

rochialem in Mucharz, de jure speciali communi, tum et antiqua possessione spectantis, et pertinentis, ad suam replicationem contra exceptionem Citati, in frascripti, factam, retulit, et ut in eadem replicatione debita cum instantia petiit. Praesente Nobili Paulo Głowacki Illustris Adm Rndi Petri M. Petri Szymakowski S. Theolo et Iuris Doctoris, Ecclesiae Collegiatae S. Floriani Clepardiae ad Cracoviam Praepositi, Benerum Villae Skawce Possessoris Citati Procuratore, salvis quibuscunque duplicando contra replicationem Actoris, adversus suam exceptionem in termino anteriori Die Lunae vigesimâ tertiâ Februarij, Aô currenti, contra Jus Speciale, sive Erectionem Ecclesiae Parochialis Mucharzoviensis oppositam, Actorem modernum per suam hujusmodi assertam replicationem in puncto quod Villa Skawa sive Skawce, hôc terminô sivè vocabulô acsi vocitata unum idemque quasi denotet, et suam originem à rivo Skawa dicto sumet, nihil penitùs pro parte ipsius facere, nec quidquàm operari, et suum Principalem convincere posse, nàm si hoc vocabulum Skawa sive Skawce unum denotaret, procertò in praeallegata Erectione Ecclesiae Mucharzoviensis de Anno 1389. Die decimâ quartâ Mensis Augusti conscripta, haberet etiam Actor hôc ipsômet vocabulô positivè expressam Decimam ex medietate Villae Skawa sive Skawce, sed quoniam ex hujusmodi Erectione duae distinctae enunciantur Villae videlicet Skawa et Skawce, et in his ut potè in Skawa, de medietate Villae Decima Manipularis, in Villa autem Skawce tàm à Colonis quàm Scultetis Missalia alias osep dicto Actori Ipsiusque Ecclesiae Mucharzoviensi debentur, et actualiter hujusmodi Missalia tàm vigore hujusmodi Erectionis, quàm Juris communis ab eisdem omnibus Incolis dictae Villae Skawce quotannis pendantur,

dantur, ac extradantur, ac insuper suum Principalem in sua Erectione Praepositurali, sive transfixione Juris in Almam Universitatem Cracoviensem, et in Praepositos S. Floriani, cum omnibus et singulis Bonis et frugibus ad eosdem Praepositos spectantibus, per Serenissimos Reges Poloniae de Datt Piotrkoviae in Comitijs Regni Generalibus, Ipsô die Conversionis S. Pauli, Aô Domini 1559, factâ, et per Illustrissimum Loci Ordinarium Cracoviensem Petrum Myszkowski approbata, Bona Villae Skawce, non tali vocabulô sive terminô Skawa sive Skawce, ast praecise hôc unicô vocabulô Villam Skawce traditam, et incorporatam sibi habere. pariterq. in lustratione granitierum Bonorum Villae Mucharz, et aliorum ac ejusdem ipsiusmet Villae Skawce, in Aô 1582 facta, et in alijs similibus lustrationibus eorundem Bonorum, ad quas suum Principalem refert, de ejusmodi vocabulo sive termino Villae Skawa sive Skawce, minimè notari, ast duntaxât solummodò unicô terminô Villam Skawce scribi, ac exprimi. Ergò Stantibus praemissis rationibus ac obstante praeallegatâ Erectione Ecclesiae Mucharzoviensis, argumentum Actoris, in praetacta asserta imaginaria ipsius replicatione, in praemisso puncto vocabuli, sive termini, quod acsi denotaret, unum sumi Skawa sive Skawce, appositum non posse subsistere, et inattendibile esse declarari. Quantum verò ad assertam recognitionem à Laboriosis Incolis dictae Villae Skawce subditis, per Actorem extractam, et per Statuitionem ipsorum taliter qualiter imò nulliter coram Legali Nobili Alberto Waynarowski, Notario Apostolico, factam, in termino anteriori die Lunae decimaquinta Mensis elapsi Junij, Aô currenti, quasi ad probandum possessionem

nem perceptionis prætactæ prætensæ Decimæ, ex medietate Villæ Skawce, per Actorem acti habitam, productam, excipiendo in et contra hujusmodi assertam Recognitionem prænominatorum Subditorum, per eandem pariter Actorem Causam suam præsentem minimè evincere, nec ullum effectum ejusmodi assertam Recognitionem pro parte illius sortiri posse, cum sit nuda simplexq ad solum velle ejusdem Actoris, absq ullo Decreto taliter qualiter imò nulliter expedita, et datò non tamen concessô, quòd licèt quidem dictus Actor in tali prætensa possessione perceptionis Decimæ, per Nobiles pro illo tempore arendatarios Possessores, dictæ Villæ Skawce, cum summo præjudicio Illrium Præpositorum S. Floriani, absq scitu illorum permissæ, ut per productam Recognitionem asserit, antecaltis temporibus fuisse, per ejusmodi prætensam possessionem uti illicitam, jus sibi ad prætensam Decimam ex medietate dictæ Villæ Skawce minimè struere, aut firmare posse, cum fuerit ex practicata, contra tenorem ipsiusmet præallegatæ productæ Erectionis Ecclesiæ Mucharzoviensis, nullô justô titulô suffulta, ut in Causa præsenti respectivè quà ad prætactam Villam Skawce, obstante ab initio malâ fide, ex prætacta ipsamet Erectione resultante, semper fuit usurpativa, quæ nec tractu temporis convalidari potuit, cum ab initio disponente Jure canonico fuit nulla, ut notat Leyva in Examine Episcoporum lib. 8. cap. 28. de præscriptionibus fol. 327 Nro 24. Possessor malæ fidei nullo tempore præscribit, ratio est, quia longinquitas temporis non solum non minuit peccatum, neq dat aliquod jus, sed auget malitiam peccati, ut habetur in c. Vigilanti. de præscriptionibus Decretalium Gregorij lib: 2. tit: 26. cap. 5. Vigilanti

studio

Studio cavendum est, ne malæ fidei possessores simus, in Prædÿs alienis, quoniam nulla antiqua dicta possessio juvat aliquem malæ fidei possessorem, nisi resipuerit, postquam se aliena noverit possidere, cum bonæ fidei possessor dici non possit. Ephesinus enim Legislator solum propter vitandum miserorum, segnitiem, et longi temporis errorem, et confusionem, primus triecennali, vel quadragenali præscriptioni vigorem legis imposuit. f. Nobis autem tàm in rebus cognitis, quàm latentibus placuit non habere vigorem. Et idem prærecensitus iterùm Leyva lib. cap. tit. fol. supracitatis Nro 25. Ille qui scit rem esse alienam, vel scit non esse suam, quia nullum titulum in ea habet, et nihilominùs eam possidet, et retinet vel invito Domino et petenti, vel non petenti, ratio est: quia adhoc ut quis sit bonæ fidei possessor, debet possidere rem cum aliquo titulo vel cum secura conscientia vel saltim non debet habere scrupulum neq conscientiam contrariam, quia tunc tenetur facere diligentiam, ut res proprio Domino restituatur, Abbas in c. Vigilanti, de præscriptionibg Nro: Anô. Et quoniam Bona Villæ dictæ Mawa, in Parochia Muchar Zaviensi nulla extant, nec talem Villam Mawa vocitatam, suus Principalis possidet quinimò ejusmodi Mawa nuncupata sub alia Parochia videlicet Ecclesiæ in Rabka reperiatur, dictusq Actor etiam in alÿs Bonis nimirum Lętÿ, et Skotniki, extra suam Parochiam Muchar Zoviensem existentibus, Decimas ex vi sæpefatæ Erectionis habeat, consequenter præsumitur etiam hujusmodi prætensam Decimam ex prænominata Villa Mawa, sub Parochia Rabcensi consistente, juxta

prælacta

pretactam Erectionem eidem Ecclesiæ Mucharzovien si deberi dicente. Proinde inhærendo tàm suæ moder næ duplicationi, quàm exceptionibus ut præmissum, die Lunæ 23 Februarij, quàm et ad præsens factis, ac insisten do eidem Erectioni Ecclesiæ Mucharzoviensis, et adductæ Dis positioni Juris Canonici, Actorem Decimam ex medietate Villæ Skawce, siquidem ex eadem tota Villa Missalia quæ appella tur Decima granaria, ad tenorem prætactæ suæ Erectionis quotannis percipit, consequenter Villa Skawce duplici Decima gravari, à suo Parocho ullatenus nequit, non posse nec debere prætendere sententiam, eidemque perpetuum si lentium in hujusmodi Causa imponi, et ratione indebitæ sui Principalis impetitionis puniri, ad restitutionem ejusmodi Decimæ, ex memorata Villa Skawce sterte possessione Beneficij Mucharzoviensis, ejusdem Actoris indebitè perceptæ, prævia liquidatione juratoria per Ipsum facien da stringi, et ad eum effectum Mandatum executt decer ni, ac in forma solita extradi mandari, in damnisque et litis expensis condemnari petente. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus, Officialis Generalis Cracoviensis altememoratus, Partium instantijs, controversijs, exceptionibus, replicationibus, et disceptationibus exauditis, lecto jure speciali, Ecclesiæ Actoris in Mucharz, In Skawa de medieta te Villæ Decima Manipulari, et infra, In Skawce tàm à Colonis, quàm Hortulanis Missalia enuntiante. Et cum Citatus Villam Skawa se non possidere, sed Skawce, de cujus Villæ Skawce agris omnibus Missalia in grano ~~[illegible]~~, et Avenæ Actori ipsiusque Ecclesiæ in Mucharz, quotannis præstantur allegavit, actor verò deduxit, quòd etiam Citatus non negavit, se et suos An tecedaneos Parochos in Mucharz fuisse ante aliquot Annos in possessione Decimæ Manipularis, ex medie tate Villæ Skawce, et non ita pridem eadem Decima Ma

nipulari

nipulari se Spoliatum dixit, ex omnibus Agris Villae Mawce alias ex illa medietate, in qua in qua Decimam in Manipulis ante aliquot Annos possidebat, Missalia percipere negavit, proinde suspensa resolutione quo ad petitam extraditionem Decimae Manipularis, ante omnia an ex omnibus Agris totius Villae Mawce Actor Missalia percipiebat, et recipit Citato probare mandavit, ad quem effectum Inquisitionem decrevit, et Commissarios Illres, Adm Rndos. Joannem Skirderowicz, SS. OO Crac Canonicum, in Zator, Paulum Zychowicz Decanum Zathoriem in Wieprz, et Andrychow, et Joannem Belina, in Chocznia Curatos pro Actorea, Illres Adm Rndos M.M. Antonium Krzynowski, S. Thque Ppri Collae S. Floriani Clepardiae ad Crac Canonicum, in Smarzowice, et Michaëlem Czernicki, Phiae Dtrem et Ppri Collae S. Annae Crac Canonicum, in Opatowice Curatos pro Citata, duerum ex Actorea, unius ex Citata parte absentia non obstante nominatos approbavit, Decretumque praesens vim Literarum Remissorialium habere voluit, et declaravit. Praesentibus Illribus Adm Rndis M.M. Stanislao Marcczynski Eccleae S. Michaelis in Arce Crac Decano, Parochialis in Krolowka, Casimiro Jarmundowicz SS. OO Crac, Thoma Muszynski Collae S. Annae Crac U J Doctoribus S. Nicolai ad Crac Praeposito. Antonio Wilczkowski SS. OO Crac Collae Canonicis U J Dre. et Dne Francisco Zebinski U J Doctore Andreoviensi Praeposito Consistorij Generalis Cracoviensis Actuario.

Actus 5tus.

Anno quo supra Die verò Mercurij 23 Septembris. Coram Perillustri et Reverendissimo Domino, Valentino Prr[illegible]ki, Ecclesiae Cathlis Cracoviensis Canonico, Judice Surrogato, comparens personaliter iN publica Causarum Audientia Nobilis Paulus Gdowski, Illustris Clarissimi, et Adm Rndi M. Petri

Petri Szymakowski, S. Thgiae Doctoris, et Pbris, Eccle-
siae Colltae S. Floriani Clepardiae ad Crac Praepositi,
Bonorum Villae Skawce Possessoris, Citati Procuratori
in termino hodierno ex praefixione Commissoriali, pro
venienti, producto Rotulo Inquisitionis Testium jura
toriae, in Causa occasione acti usurpationis Decimae
Manipularis omnis grani, frumenti et seminis, ex
Agris et Araturis medietatis Villae Skawce pro
venientis, ad Ecclesiam Parochialem in Muchasz
spectantis, et pertinentis, coram Judicio praesenti mo
ta, et vertente per Dominos Commissarios ab eodem
Judicio praesenti deputatos, in loco loci expeditae
illum admitti, aperiri, dicta et depositiones Testium
juratorias publicari, et copias suo Principali da
ri, et concedi debita cum instantia postulavit. In
praesentia Adm Rndi Adami Bażanka Ecclesiae
Parochialis in Muchasz Curati, salvis sp. in
apertionem producti Rotuli consentientis, et pari
ter copias ad octavam sibi dari et concedi peten
tis. Perillustris et Rndmus Dominus
Judex Surrogatus supramemoratus produ
ctum Rotulum admisit, aperuit, dicta Judicum Re
missorialium publicavit, et copias eorundem Partibus
ad octavam concessit et terminum conservavit. Praesen
tibus Illibus Clarmis et Adm Rndis MM. Stani
slao Namczynski Ecclearb S. Michaelis in Arce
Crac Decano SS. OO Crac Cancellario in Krolowka
Joanne Pataszowski ejusdem SS. OO Archidiaco
no in Wilamowice Curatis, Casimiro Jarmundo
wicz dictae SS. OO Crac Thoma Muszynski U
J Doctoribus et Pbribus praefatae SS. OO et S. Annae
Crac Parochialium S. Nicolai ad Crac Praeposito,

Antonio

Antonio Wilkoszowski U J Dre mentee SS. OO Crac Colltar Canonicis et Me Francisco Zieblinski U J Doctore Andreoviensi Praeposito Consistorii Generalis Cracoviensis Actuario.

Actus 6tus.

Annô Domini millesimo, septingentesimo, quinquagesimo, secundo. Die Mercurii vigesimâ tertiâ Mensis Februarii.

Coram Perillustri et Reverendissimo Domino, Nicolao in Lipe Lipski, Canonico, Vicario, et Officiali Generali Cracoviensi Praeposito Kielcensi, in publica Causarum audientia comparens personaliter Nobilis Albertus Mysłowski Cancellariae Officii praesentis Regens, Adm Rndi Adami Bażanka Ecclesiae Parochialis in Mucharz Curati, Actoris procurator, in termino hodierno ex Actis, et conservatione illius, Die Mercurii vigesimâ tertiâ Septembris Aô millesimo septingentesimo, quinquagesimo, his in Actis judicialiter factâ, et connotatâ provenienti, et ex reassumptione Causarum, inhaerendo Juribus Ecclesiae Actoris in Mucharz, in Causa: occasione usurpationis Decimae Manipularis omnis grani et seminis, ex medietate Agrorum Cmethonalium, et Hortulanorum Villae Skawce provenientis, ad dictum Actorem, ipsiusque praefatam Ecclesiam Parochialem in Mucharz de jure speciali, Communi, tum et antiqua possessione spectantis, et pertinentis, primò per Ptrem et Adm Rndum olim Kurowski, in fra scripti Illris Citati antecedaneum, ab Anno 1730. ad ipsamet fata sua nulliter, et indebitè attentatae, ac successivè per eundem modernum Citatum ab ipsamet apprehensa possessione Beneficii Praepositurae S. Floriani, ad hoc usque tempus continuatae, coram Judicio praesenti mota, et vertente, et quidem primò Innovationi Privilegii

vilegij Fundationis, et dotationis Ecclesiae Parochialis in Villa Mucharz consistentis, per Joannem Ducem Osve cimensem, Aô millesimo, trecentesimo, octuagesimo, no no. Die decimâ quartâ Mensis Augusti factae, ex Libro Beneficiorum Ecclesiarum Parochialium Dioe cesis Cracoviensis Authentice desumptae, quo ad pendendam Decimam Ecclesiae in Mucharz, de medietate Villae Ska wce, de tenore tali = Item in Skawa de medietate Villae Decimam Manipularem = Item partitae ex Libro Retaxationum Beneficiorum in Aô Dñi millesimo, quin gentesimo, vigesimo, nono conscripto desumptae, sub Ti tulo Mucharz Ecclesia etc = In Skawce de medieta te Villae Decima Manipularis et infra = In Skawce tam Coloni, quam Hortulani tenentur dare Missalia aliàs Osep Avenam tantum Cmethones per duos Corethos, quilibet ex Agris suis, Hortulani per unum Mensurae Lateriensis pro Festo S. Martini = ex quibus clare li quet: Decimam Manipularem ex Agris Cmethonum, et Hor tulanorum medietatis Villae Skawce, Missalia verò ab omnibus Colonis, et Hortulanis ejusdem Villae deberi: in haerendo pariter Inquisitioni Testium juratorum per Do minos Commissarios, à Judicio praesenti deputatos in Loco Loci expeditae, ex qua siquidem plenè, et luculenter ex unanimi, et conformi omnium Testium, quo ad quartum Actoris Interrogatorium depositione colligitur, quòd tam Decima Manipularis ex medietate dictae Villae Skaw ce, quàm et Missalia ab omnibus Cmethonibus, et Hor tulanis antecedaneis Actoris Parochis in Mucharz, tum et ipsimet moderno Actori sine omni Controversia de Aô in Annum extradebantur, in possessioneque perce ptionis tam Decimae, quàm et Missalium semper pa cifica, continua, et non interrupta à prima fundatio ne et dotatione ejusdem Ecclesiae dicti Parochi in Mucharz fuerint, et nonnisi Illris olim Kurowski perceptionem ejusdem Decimae in Manipulis, et convectionem illius

ad

ad horreum Plebanale Actoris, ac etiam extraditionem Missalium Subditis Suis Seriò sub comminatione Sumendarum pœnarum, in Anno 1731. prohibuerit, sed ut ad Allodium Curiæ in Skawce conveheretur, et in ibidem locaretur demandaverit, quâ taliter extrituratâ totali Decimâ tàm ex una medietate se uti Præpositum S. Floriani et Dominum dictæ Villæ Skawce, quàm et modernum Actorem ex altera medietate ejusdem Villæ concernen relicto in Fundo stramine medietatem Frumentorum /: prout binis Epistolis defuncti olim Illmi Kurowski, manu propria ipsius scriptis ad modernum Actorem directis, quas producit, et ad easdem se refert, probatur: / Actori extradere voluerit, respectu cujus prohibitæ extraditionis Decimæ Subditis suis cum stramine memoratus Illmi olim Kurowski, ex instantia Actoris ad Judicium præsens fuit conventus, Causaq hmdi in duobus terminis fuit ventilata, sed nedum decisa, quod probando Actus binos in eadem Causa observatos producit. Ad extremum inhærendo pariter Recognitioni Laboriosorum Mathiæ Nowak, Stanislai Frec, Adalberti Nmczek Cmethonum, Andreæ Frel, Jurati, et Mathiæ Frec dictæ Villæ Skawce ad Præposituram S. Floriani Clepardiæ ad Crac spectantis, Hortulanorum, et Inquilinorum Die Veneris vigesimâ Mensis May, Aô immediate præterito millesimo, septingentesimo, quinquagesimo coram Legali Nobili Alberto Waynarowski, Notario Apostolico factæ, ex qua evidenter constat, ex quibus Agris Cmethonalibus sue vocabulò vocitatis, et à quibus Cmethonibus, et Hortulanis qui eosdem Agros possident, colunt, et conseminant, de suis nominibus, et cognominibus specificatis, in eadem Recognitione expressis, Decima Actori debetur, et in possessione perceptionis illius in Manipulis, et convectionis ejusdem ad Allodium Plebanale per dictos Subditos Villæ Skawce, tàm Antecedanei Actoris Parochi

in

in Muchars quàm et ipsemet Actor extiterant, et exti
terit, Item testimonijs aliorum Beneficiatorum per
quæ deducitur, quòd in illo territorio ex uno quolibet Eme
thonali Agro, simul et Decima et Missalia varijs Ecclesijs
dari, et extradi solent, comprobantibus, proinde stantibus
præmissis, Juribus Ecclesiæ Actoris, depositionibus Testi
um juratorum recognitione, Ipsorummet Subditorum Ci
tati, ac alijs documentis literatorijs, necnon attenta pos
sessione perceptionis Decimæ præfatæ ex præfacta medi
etate Villæ Skawce antiqua, ac immediata tàm per Antecessa
neos Parochos in Muchars quàm et ipsummet Actorem
habitâ Citatum ab usurpatione præfacte Decimæ per
eundem nulliter et indebitè stante possessione Beneficij
Præpositure S. Floriani Clepardiæ ad Crac intercepte
amoveri, ad restitutionem illius, prævio corporali juramento
super fideli, et totali restitutione illius, per eundem Ci
tatum in Officio Judicij præsentis præstendô, Juris re
dijs stringi, Actorem circa Jura sua, necnon possessio
nem antiquam, ac immediatam conservari, et manuteneri,
et ad præmissum restitutionis effectum dictæ Decimæ Man
datum executt contra ipsum decerni, et in forma solita
extradi mandari, in damnisq́ et litis expensis suo
Principali indebitè stante evidentia Jurium Ecclesiæ illi
us, ad præfactam Decimam servientium, causatis, conde
mnari, debita cum instantia postulavit salvisq́ omnibus.
Præsente Nobili Paulo Stowalski Illris Adm Rndi M.
Petri Szymakowski, S. Regia Mtis, et Dnis Ecclesiæ Colltæ
S. Floriani Clepardiæ ad Crac Præpositi, Citati Procura
tore, salvisq́. et præmissa q́ excipiendo ante omnia in
et contra asserta Interrogatoria, et signanter in Nro 3ium
et 4tum et quidem Imò ratione cujusdam Agri deserti ac Di
pro Prædio in dicta Villa Skawce conseminari soliti, seu ac
non extraditioni ex hujusmodi Agro Missalium, et secun
dò ratione quasi perceptionis per originaliter Actorem
prætensæ Decimæ ex Agris Colonorum, medietatis
ejusdem Villæ Skawce, coram Dominis Commissarijs

in Loco

in loco loci ex parte dicti Actoris obtrusa, necnon contra as-
sa dicta, et depositiones Testium ad ejusmodi 3m et 4m
asserta Interrogatoria taliter, qualiter, imò nulliter per
eosdem DD Commissarios examinatos, praeallegata as-
sa 3m et 4m Interrogatoria cum suis assertis depositio-
nibus Testium, nullam debere, mereri, nec posse in Causa
praesenti attendentiam, nullumque pro Parte originaliter
Actorea sortiri effectum, stante eo: quod suus Principa-
lis Illustris Szymakowski, ratione praememorati Agri
acsi deserti, seu verius praeallegatorum ex eodem Agro
deserto Missalium, non fuerit, nec sit Citatus consequen-
ter in eodem puncto 3tio, nulla intercessit litis contestatio.
Quò verò ad praefatum 4m assertum Interrogatorium de prae-
tensa acsi perceptione Decimae ex medietate Villae Ma-
wce, quoniam et idem assertum 4m Interrogatorium con-
tra mentem, et tenorem Decreti hac in Causa in suum
acte Commissionis in Judicio praesenti, Die Mercurij 8
Mensis July, Anno praeterito 1750 lati, in loco loci pa-
riter sit obtrusum, et per DD Commissarios minimè
attenta hac in puncto suspensione in praeallegato De-
creto apposita fuerit ac sit nulliter examinatum di-
cente, et super praemissa sua legitima exceptione inter-
loqui, eademque 3m et 4m Interrogatoria cum suis dictis
et depositionibus reici petente. Salvo etc omnibus etc. Perill-
stris et Reverendissimus Dominus, Officialis Ge-
neralis Cracoviensis supramemoratus, interloquendo ad
exceptionem Citati contra Interrogatoria Actoris, ad praesens
oppositam attentâ clausulâ Decreti Anterioris Judicij
praesentis ly= an ex omnibus Agris totius Villae Mawce
Actor Missalia percipit = Interrogatorium 3m ad men-
tem Decreti, fuisse formatum pronuntiavit. Quò verò ad
Interrogatorium Nro 4m quoniam extra Mentem ejusdem De-
creti per Actorem fuit formatum, ideò illud et dicta Te-
stium ad hoc Interrogatorium 4m conscripta circumscri-
psit, et rejecit, et ulterius in Causa Parti utrique utrique
informare mandavit. Tandem Citati Procurator Intre-
vendo

rendo Inquisitioni Testium juratoriæ, tàm pro Actorea quàm Citata Partibus inductorum, et per Dominos Commissarios examinatorum, ex quibus siquidem manifestè patet, et lu culenter ex unanimi eorundem Testium recognitione, ad mentem præallegati Decreti Commissionis, facta dedu citur, et plenissimè probatur, omnes Incolas, Colonos, et Hortulanos prænominatæ Villæ Mawce Missalia in gra no avenæ, ex omnibus Agris, ac ex tota Villa dicta Skawce culturæ ipsorum, suæ Ecclesiæ Parochiali Mucharzovien si, illiusq́ Rectoribus, vigore et ad obloquentiam obliga tionemq́ Juris Specialis nimirum Erectionis originalis, et primitivæ dictæ Ecclesiæ Parochialis Mucharzoviensis, de Actum, et Datum in Bulcein, millesimô, trecentesi mô, octuagesimô, nonô Anno, Die decimâ quartâ Mensis Augusti factæ, ac conscriptæ, et ex Actis Archivij Eccle siæ Cathedralis Crac desumptæ, per Actorem in terminis anterioribus productæ, semper quotannis extradidisse, et stante possessione eorundem Bonorum sui Principa lis de Anno in Annum extradere, taliterq́ præallega tæ Erectioni Ecclesiæ Mucharzoviensis eosdem Colo nos, Hortulanos, et Incolas Mawcenses satisfecisse, et satisfacere, et quoniam ex hmōi Erectione enuntian tur duæ distinctæ Villæ videlicet Skawa, et Skawce, consequenter unam terminô, sive vocabulô Skawa, sive Skawce ut Actor in sua replicatione Die Vene ris 12 Mensis Junij, Annô præterito Millesimo, septingen tesimo quinquagesimo, hac in Causa facta posuit, nulla tenus denotari possunt, et in hiis ut pote Skawa de medietate Villæ Decima à Manipulaus, in Villa autem Mawce tàm à Colonis quàm Hortulanis Missa lia alias osep Ecclesiæ Mucharzoviensi debentur, ac insuper suum Principalem in sua Erectione Præpositu rali S. Floriani præfsè Villam Skawce, non autem hoc termino Skawa, sive Mawce traditam sibi habere, pari terq́ in Lustratione granitierum Bonorum Villæ Muchar

et

et aliorum, ac ejusdem ipsiusmet Villae Skawce in Anno millesimo, qvingentesimo, octuagesimo, secundo, facta, et in alijs Similibus lustrationibus eorundem Bonorum, ad qvas dictum suum Principalem refert, de ejusmodi termino Villa Skawa, sive Skawce minimè notari, ast duntaxat Solummodò unico vocabulo Villam Skawce haereditatis sui Principalis scribi, ac exprimi, nullaq Bona dictae Villae Skawa, in Parochia Mucharzoviensi extantia nec talem Villam Skawa vocitatam suus Principalis possidet, qvinimò ejusmodi Skawa nuncupata sub Parochia Ecclesiae in Rabka, ut liber Visitationis Casimiriane ejusdem Ecclesiae Rabscensis, de Anno millesimo, qvingentesimo, nonagesimo, qvinto conscriptus, quem Authenticè produxit, obloqvitur, reperiatur, dictus Actor etiam in alijs Bonis videlicet lkty, Motrilice in Nova Villa penes Cracoviam extra suam Ecclesiam Parochialem Mucharzoviensem existentibus, Decimam ex vi saepefatae Erectionis suae Ecclesiae Mucharzoviensis habeat, consequenter etiam hujusmodi praetensam Decimam ex praenominata Villa Skawa sub Parochia Rabcensi existente, juxta praetactam Erectionem Mucharzoviensem dignoscitur, ad Actorem illiusq Ecclesiam Mucharzoviensem regulari, ac eidem deberi. Proinde stantibus praemissis rationibus, necnon probationibus ex praeallegata Inqvisitione Testium juridica resultantibus, et attenta supradescripta Erectione Ecclesiae Parochialis Mucharzoviensis, Actorem Decimam ex medietate Villae Skawce sui Principalis haereditariae, siqvidem ex tota eadem Villa Mipalia qvae Decima granaria appellantur, ad contextum praeallegatae suae Erectionis qvotannis percipit, consequenter praefati Coloni, Hortulani, et Incolae ejusdem Villae Skawce ad extradendam suo Parocho duplicem Decimam, ex suis Agris nullatenus obligari debent, non posse, nec debere praetendere pronunciari

tiani, Suum verò Principalem Ipsiusq Succedaneos Praepositos S. Floriani, circa Jus suum Speciale ut pote Privilegium Incorporationis Almae Universitatis Cracoviensis praefatae Praepositurae S. Floriani cum omnibus frugibus, emolumentis, proventibus, et reliquis omnibus quocunq Nomine Appellantibus, nullis exceptis dictae Villae Skawce fructibus, per Serenissimos Reges Poloniae de Datum Piotrkovice, in Comitiis Regni Generalibus, Ipso die Conversionis S. Pauli, Annô millesimo, quingentesimo, quinquagesimo, nono factae, et per Illustrissimum Loci Ordinarium Cracoviensem Petrum Myszkowski approbatae, quam reproduxit, tum circa antiquissimam possessionem praefatae Decimae, de qua ad praesens agitur, per Praepositos S. Floriani, uti Contractus Venditionis hujusmodi Decimae in Anno millesimo, quingentesimo, quadragesimo octavo. Die Decima Martii, et quietatio de eadem Decima eodem Anno, Die Martis decimâ tertiâ Martii: in Cancellaria Judicii praesentis, coram Actis Reverendissimi Patris, Petri Myszkowski, Officialis Generalis Cracoviensis factus, ac recognita, quem, et quam pariter produxit, docent, à primaeva Fundatione, ac Erectione praefatae Praepositurae S. Floriani, non obstante Libro Retaxationum, in Anno millesimo, quingentesimo, vigesimo nono, non visa supradescripta Erectione Ecclesiae Mucharzoviensis conscripto, quem Actor pro sua Parte produxit, nam hujusmodi Liber Retaxationum primitivum Jus, tàm in Erectione Praepositurae S.

Floriani

Floriani sui Principalis, quam in Erectione ipsiu
met dictae Ecclesiae Parochialis Mucharzoviensis
descriptum, insistendo etiam iudicato Judicij
sentias, in Anno millesimo, septingentesimo,
quadragesimo, octavo. Die Lunae secundâ Me
nsis Decembris, inter Admodum Reverendum
rochum Tluczanensem, et Communitatem
cariorum Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis,
in simili Causa, in fundamento primitivae Ere
ctionis Ecclesiae Parochialis Tluczanensis, sub
secuto, quo mediante hujusmodi Erectio Libr
Beneficiorum praeferribilis esse declarata c
stat, quod produxit, nullatenus praevalere potes
observari quotannis solitam, et post hujusmodi
Librum Retaxationis, ut praemissum in Ann
millesimo, quingentesimo, quadragesimo, octavo
et alijs subsequentibus Annis, ex tota Villa
Mawce habitam, ac praescriptam conservari, et
manuteneri, dictoque originaliter Actori perpe
tuum silentium in Causa praesenti imponi,
eundemque Actorem ad praefatam Villam Skawa
sub Parochia Rabcensi, ut praemissum reperib
lem, pro vindicatione ex eadem vigore praeallega
tae suae Erectionis Ecclesiae Mucharzoviensis, h
jusmodi Decimae: ex quo Ecclesiae ibidem Rabce
si nullum jus speciale ad ejusmodi Decimam
competat, nec eandem percipit remitti; et ratione
debitae sui Principalis impetitionis puniri, ac
in expensis litis condemnari debita cum instant
postulavit. Perillustris et Reverendissimus
Dominus, Officialis Generalis Cracoviensis

supra

Suprамemoratus, controversiji Partium exauditis, visis hinc inde productis, et quidem Actorem Adm Rndum Parochum in Mucharz, documento Fundationis, et dotationis Ecclesiæ in Mucharz, ex Libro Beneficiorum Diœcesis præsentis desumpto, ubi habetur = In Skawa de medietate Villæ Decima Manipularis = et infra = In Skawce tam Coloni quam Hortulani tenentur dare missalia, alias osep, avenam tantum, Cmethones per duos Cerethos, Hortulani per unum, per Citatum verò Illustrem Adm Rndum Præpositum Collæ S. Floriani, Villæ Skawce Possessorem, Instrumento Fundationis Præpositurae dictæ Collegiatæ Authoritate Ordinariâ approbatæ, ubi describitur ibi = Præpositus omnes proventus ejusdem Præpositurae ex frugibus, censibus, fructibus, emolumentis, ex Villis Bienczyce, et Skawce, et reliquos omnes quibus appellentur nominibus, nullis exceptis = Item documentô Obligationis de solvenda controversa Decima, Præposito memoratæ Ecclesiæ Collæ S. Floriani per Honestum Joannem Nowak de Skawce, die decimâ Martij, Annô millesimo, quingentesimo, quadragesimo, octavo empta, tum documentô subsecutæ quietationis, de eadem Decima ex Actis Officij præsentis desumptis, alijsq visis, videndis, et consideratis, considerandis, ac ijsdem maturè perpensis, resolvendo suspensionem Causæ præsentis, die Mercurij octavâ Julij, Anno millesimo, septingentesimo, quinquagesimo factam, quoniam in dicto documento Erectionis Ecclesiæ in Mucharz enuntiantur duæ Villæ Skawa, et Skawce, et Villam Skawa Citatus non possidet, nec intra

eandem

eandem Parochiam in Mucharz reperitur, Skawce duntaxat idem Citatus possidet, ex cujus villae Skawce Agris Actori Adm Rndo Parocho Mucharzoviensi Missalia, canapalia, et casei, vigore juris prout ab antiquo dictae Ecclesiae in Mucharz pendebantur, et quotannis penduntur, quod ex inquisitionibus testium juratorijs in loco loci per Commissarios ex Decreto Judicij praesentis deputatos expeditis sufficienter probatur: proinde ra utriusque partis in suis Erectionibus, et Fundationibus contenta, jure in Libris Beneficiorum Retaxationum Dioecesis praesentis, sub titulo = Mucharz = descripto, praeternibilia esse declaravit Decimamque Manipularem, et Missalia ex ijsdem Agris villae Skawce, Actorem non posse praetendere, nec eandem Decimam cum Missalibus exigere pronuntiavit, ac definitivè sententiavit. Et quia ex eadem Inquisitione Testium juratoria deduitur quod ex Agro uno, et medio pro Praedio conseminari solito, missalia prout Incolae extradunt, non extraduntur, ideo Actori occasione non extraditionis, ex his Agris Missalibus Actionem reservavit, Decreti praesentis vigore ad praemissa mediante. A quo Decreto Actoris Procurator ad Rem de jure verbo appellavit. Cujus Appellatio est refutata. Praesentibus Illustribus Clarissimis et Admodum Reverendis MM. Stanislao Mamczynski Ecclesiarum Collae S. Michaelis in Arce Crac. Decano, Parochialis in Luberzyca Curato, Thoma Mulzynski Ecclesiar. Collegiatarum SS. OO et S. Annae Crac. Canonico, Parochialis S. Nicolai ad Crac. Praeposito Casimiro Jarmundowicz

U-

U J Doctoribus et Patribus dictae Collegiatae SS. OO Crac
Primicerio, et me Francisco Ziebinski U J Doctore An
dreoviensi Praeposito Consistorij Generalis Crac Actuario.

Ex Protocollo Actorum Consistorij Ge
neralis Cracoviensis extractum,
et Sigillo Perillustris et Reverendissi
mi Domini Officialis Generalis Cra
coviensis supramemorati communitum.

Franciscus Ziebinski U.J.D.
Consistorij Gnal. Crac. Actuarius

Collationatum per me Andream Cybort
Apostolicum Notarium mpp.

Processus Judiciarius respe-
ctu Decimæ manipularis
ex villa Shawee

9no.

Pro Dno Præposito.

